STEPHANI
Nigri elegãtiſſime è græco Authorꝝ ſubditorꝝ Trã-ſlationes. uidelicet.

Philoſtrati Icones. Pythago-ræ Carmẽ aureũ Athenæi col-lectanea Muſonij philoſophi Tyrij de prĩcipe optimo Iſo-cratis đ regis muneribus orõ, & alia multa ſcitu digniſſ. & rara inuẽtu, quæ uerſa pagi-na lector bone lubẽs, & gau-dens inuenies.

Cũ Gratia & Priuilegio.

Laurentij [illegible]

¶ In hoc uolumine hęc continentur. opus de nimia obsoniorum appetentia de Musonio græco excerptum.

Γεράρδου Οὐερκελλανοῦ Σκηοανοκέλτου στίχοι, πρὸς τὸν Ἰάκωβον Μινούτιον τὸν βουλευτὴν βασιλικόν.

Εἰ μὲν ἅπαντα λογιζόμεθ᾽ ὦ Ἰάκωβε τὰ ὄντα,
μηδέ τί που σφάλλει ψευδὲς φρόνημα νόον,
πολλὰ μὲν οὖν κάλλιστα τὲ καὶ θαυμαστὰ βροτοῖσι,
σπουδαίῳ δ᾽ ἀρετῆς πάγκαλον οὐδὲν ἄνευ.
Τίπτε γὰρ ἐστὶν ἄνευ ταύτης καλὸν, ἠὲ ἀγαθὸν,
τῆς οὐδὲν κρεῖττον μήτε βεβαιότερον.
Τίμια δ᾽ εἰσὶ τὰ τῆς ἀρετῆς κειμήλια πάντα.
πάντα δὲ λοιπὰ, τύχης παίγνιον ἠδὲ γέλως.
Εἰ δέ τι μουσοχαρὴς μόνιμον κλέος ἀνέρα μίμνει,
φῶς τἀγαθοῦ λαμπρὸν καὶ στεφάνωμα βίου,
ἄξιος ὁ Στέφανος γε μέλας, φθόνος ἔνθεν ἀπέστω,
τὰ πρωτεῖα φέρειν ἄξιος ὁ Στέφανος.
ὅς γὰρ ἅμα τἀρετὴν σπείρει, σοφίαν τε παλαιὰν
πάντα σοφὸς Στέφανος πάντα καλὸς κἀγαθός.
λάμβανε γοῦν, τούτου γ᾽ ἔργον, παρ᾽ ἐμοῦ τόδε δῶρον.
ἐσθ᾽ ὅτ᾽ ἀπ᾽ ἀλλοτρίου θεσπέα δῶρα πόνου.

Πρὸς Πύρρον τὸν Ἀπλεβερμαῖον τὸν βασιλικὸν σύμβουλον, εἰκόνες περὶ ἑαυτῶν.

Εἰκόνες ἐσμὲν, ὅτ᾽ οὐ μὲν ἄφωνοι, νῦν δὲ λαλοῦμεν
τῶν ἄλλων γλώσσαις ταῖς δυσὶ λειοτάταις
τῶν δ᾽ ὁ Φιλόστρατος ἡμῖν τὴν μὲν δῶκεν ἐπακτης
τὴν δ᾽ ὁ μέλας, λόγιος, καὶ σοφὸς, ἠδ᾽ ἀγαθός.

Alciati Iurecons.

Pertęſus delicta uirum, deſumpſerat olim
Non niſi brutorum corpora pythagoras.
Cum tandem in Stephanum uerſus, ſua dogmata rurſum
Edocet, & latia carmina uoce refert.
Exuit & duros mores, & ueſcitur omni
Obſonio. & tumidis admouet ora fabis.
Et ſibi uicino pictas delittore narrat
Fabellas, quales Lemnia ſcripſit apis.
Quinetiam Bacchumq; patrē, Bacchiq; ſodales
Laudat. & has partes tranſſuga factus agit
Sic & Athenæum, ſic atq; Philoſtraton unus
Et ſamium Vatem corde Nigellus habet.

.B.Dardani, in Philoſtratum
Ciuitate. Romana donatum.

Adſcriptum latiæ ſe forte Philoſtratus urbi
Aſcitum & Muſis uiderat auſoniȷs
Sed modo Romanū mō ſe dum iactat achæum:
Hinc Roma: hinc atthis uendicat eſſe ſuum.
Vergat utram ī partem tacito dū pectore uerſat:
Aggreditur tali cynthius alloquio:
Ne te pœniteat Romano incedere cultu:
Aut pro palliolo ſumere uelle togam:
Hellados euerſæ ſua lingua philoſtrate fatum
Subſequitur: uati ſi qua adhibenda fides.

Hęc deus: at noſter romana per oppida paſſim
Iam gaudet latio Græculus ore loqui.
Scilicet hinc tãto Illuſtrabit᷑: Hellade quãto ẽ
Omnibus in Terris inclyta Roma. magis.

Ioannis Bithynij Puſterlæ: ado-
leſcentis Placentini.

Tam docte Niger, atq; tam uenuſte,
Heroas acies: ducumq; uultus
Effictos uarijs refers tabellis.
Tam bellè exprimis atticum leporem,
Et ſenſa; & danaum modos: ut in te
Priſcum Panthoidem migraſſe credam.
Cui Philoſtratus ipſe notus, & cui
Dum græcis opibus, manuq; phthia
A ſtirpe Ilios interiret alta,
Tot noti fuerint uiri feroces.
Hinc dicta illius aurea explicaſti
Exacte: aurea quis redibit ætas.
Sic tibi hi nitidi noui libelli,
Ambo candiduli, erudituli ambo,
Donati niuea latinitate,
Et nomen parient: anũq; famam.
At multum tibi mi Nigelle debet
Et græca, & pariter latina lingua.
Quod ꝑ te hæc uiget, illa quod reſurgit.

Franciſcus Philippinæus. No. Ad lectorem.

Mirata eſt hominum caterua Memphim:
Mirata eſt Babilon ſuos labores:
Mirata eſt Epheſus ſuos honores:
Mirantur Lybici frequenter aras
Hammonis: Zephyre ſepulcra cares:
Mirentur potius Nigri nepotes:
Mirentur Stephani nouos labores:
Qui nobis Danaum diſertiores:
Hunc muſas tribuit latiniores:
O mirum niger eſt & albus idem:
Autor candidus: haud quotidianus
Aſt dignus ſtudio quotidiano:
ἀληθὴς στέφανος στέφος δὲ μουσῶν.
Hinc grates Grolierio tenemur
Et ſyluæ reſonare Gallicanis
λυσώδης ἀμελὴ λύσαν κρατῆσι.

Baſſiani Tonſi Epigrāma.

Græca fluunt ad nos pleno labentia riuo,
Lucida, ſit quāuis fons niger, exit aqua.
Cecropidæ referuntur aui ſub numine certo,
Vox & imago, diu quæ latuere, patent.
Reddit imago ſonos, ſed non mortalibus ullis
Quum fiant ſacri numinis arte, ſonant.

Ne ſpectes oculis igitur male lippus inunctis:
Sordibus expurga lumen utrũq; prius,
Palladis hic lacus eſt . fluxus ne pollue: lippo
Palladium laticem ne dea læſa neget.

Bartholomei Philippinei Hendecaſyl.
ſuper Pythagoræ Comentariis.

Qui luſus Paphiæ deæ frequentant:
Helleſpontiacumue numen: & quos
Obſcœnę nimium iuuant tabellæ,
Hinc hinc præceleres ferant proteruos
Greſſus: ne uiolent ſacros libellos.
Hinc ridens iocus: hinc ſales procaces:
Abſit cerbereus calumniator.
Voluenda Hippolyti manu papyrus
Hæc eſt: Penelopes ſimul pudicæ.
Noſter dum uoluit Niger placere
Lectori ingenuoq;, candidoq;:
Temnet zoilus hunc ineruditus.
Quid tum? ſi citharæ haud iuuant aſellum

Eiuſdem Diſtychon.

Candida cur profers, cũ ſis niger ipſe, requiro
Candida ſub nigro cortice multa latent.

Eiuſdem Barth. Philip. Hendecaſyl. ſuper Iconibus.

Aetati inuideant nihil priori.
En nostri nimium Dies beati:
Nam quicquid clarius deus, Rhodosq;
Eurotas: Helicon: specusq;. Cyrrhæ
Parnasus: liquidi uireta fontis:
Pimpleæ pariter puellæ: Athenæ
Sacratæ retinent: patet diebus
Nostris: munificus, probusq; grandi
Nec mirum, Grolierius peritos
Viros munere sæpe ditat: ergo
Etati inuideant nihil priori
En nostri nimium dies beati.

MERCVRIVS: STEPHANVS.

QVid est ὦ δ' ἐφ' ἡμέρες ꝙ te cogitabũdũ cerno? nec minus calamũ tuũ, q̃ aĩum ſuſpẽſum animad-uerto, quid deliberas? quid meditaris? Steph. Q uis es tu cuius grauiſſimã uocem audio, cũ neminem cernã? Adeone à rebus tuis uacas: ut aliena: & q̃ nihil ad te ꝑtinẽt, quæras? Mer. Sũ Mercurius: quẽ Homerus tuus modo διάκτορον mõ ἀργειφόντην appel-lat. Steph. Sed dic quęſo poſtq̃ te eſſe deorũ nũcium fateris: & me à ꝓpoſita quæſtiõe: iſta tua miranda uoce deterruiſti: qd eſt ꝙ te ἀργειφόντην Homerus nuncupat? Nunquid ꝙ oculatum Argũ τῆς ἰοῦς cuſtodẽ occideris. Mer. Nequaq̃: meræ enim hæ ſunt nugæ: Sed à ſermonis potius: cui ego præſum: pernicitate. nihil eſt enim oratiõe celerius, quo fcm̃ ẽ: ut ab Homero ἔπεα πτερόεντα dicant̃. Eadem quoq; rõne alas mihi tribuerũt poetæ. Maiæ præterea, & Iouis me filiũ dixere. hoc ẽ τοῦ νοῦ καὶ τῆς φρονήσεως: ꝙ ex utroq; oratio iṗa originem ducat. Iuuenem finxere, ꝙ oratio nunq̃ ſeneſcat. τετράγωνον fecere, ueræ orationis ſtabilitatẽ: ac conſtantiam ĩnuẽtes. ἑρμῆν me græci idcirco nominarũt: ꝙ uerboꝝ græcoꝝ interprætationem docuerim. Nã & rebus nomina indi-dimus, uerba in ordinem redegimus, deoꝝ cultus, ac ſacra inſtituimus, obſeruationẽ curſus aſtrorum excogitauimus: medicæ artis, numerorum, paleſtræ, lyræ inuentor exſtiti. neruorũ uoces tres, acutã ab æſtate: ab hyeme grauẽ: à uere mediã cõſtitui. Steph. Q uantum tuo numini mortales de-beãt: & antea quoq; arbitrabamur: & nũc ꝑſpicue nouimus. Sed amabo qs te huc miſit: ut me ab ea: in qua nũc totus erã: animi ĩtẽtione abſtraheres? Mer. Minerua, quia ſui te nouit ſtudioſũ. Steph. An ꝙ ipſam piẽtiſſime colã, meas ĩterrũpit

meditationes: mea ſtudia interpellat? Mer. Non ea utiq; me causa huc miſit: ut tuas inter turbarẽ cogitationes: uerum ut potius confirmarem. Steph. Confirmares? ita me hercle iſto tuo improuiſo huc acceſſu, quod meditabar, de mente excuſſiſti: ut id repetere ac reminiſci nullo pacto queã. Mer. At iſtud ego tibi ĩ moleſtũ eſt audire: in mẽtẽ reuocabo. Steph. Moleſtũ, Immo nil mihi gratius facere potes: q̃ ut quod tãtopere efficere cupiebam ſubijcias: tanta enim affectus ſum animi cõſternatione: ut id meminiſſe prorſus nequeã. Mer. Philoſtrati εἰκόνας latino donaſti ſermone. Steph. Donaui. Mer. Eas in lucẽ ſub aliquo tutore, ac uindice nũc edere cõcupiſcis. Steph. Cupio medius fidius: & ut nunc reminiſcor id meditabar: quonã duce in publicum prodirẽt. Mer. Hinc eſt q; huc me miſit Minerua: ut prolixiore te cogitatione liberarẽ. Steph. Qui cedo? Mer. Habet uirũ ſibi chariſſimũ: cui haud ſecus perpetuo adeſt: atq; Vlyſſi: dum iter humanæ uitæ fluctus agitaret: ſemper ad fuit: ſub cuius nomine imagines tuæ tuto in publicum prodibũt. Steph. Quis eſt? dic quæſo: cupio nãq; Mineruæ q̃ libẽtiſſime more gerere: ſcio enim fore: ut me id feciſſe nunq̃ peniteat. Mer. Ioãnes ẽ inquit Grollerius Lugdunenſis Chriſtianiſſimi Frãcorum Regis a ſecretis: ac Inſubrię quęſtor primarius: cui ꝓpterea εἰκόνας tuas omnino eſſe dicãdas aſſerit: q; omniũ uirtutum imagines in ipſo: ut in clariſſimo ſpeculo eluceant. Steph. Quid mihi notiſſimũ Grolieriũ laudas? quẽ ſi patriam reſpexeris nobiliſſimũ: ſi parentes generoſiſſimum: ſi fortunas opulentiſſimũ: ſi corporis bona formoſiſſimum ac uenuſtiſſimũ etiã inuitus fateberis. Quare mineruæ referto me ei libẽtiſſime obſecuturũ: eoq; libentius id factu: ꝝ q; mortaliũ nemini plus q̃ Grolierio debeã. Mer. Valebis igit̃. Steph. Tu quoq; cũ Minerua ipſoq; Grolierio ꝑpetuo Valeas.

Philostrati Icones per Stephanũ nigrũ in latinũ cõuersæ sermonem Ioanni Grolierio Lugdunẽsi Christianiss. Francoꝝ Regis a secretis: ac Insubriæ Quæstori primario dicatæ.

QVicũq; picturam minime amplectitur: non modo ueritatẽ: ueꝝ & eam: quæ ad poetas pertinet: iniuria afficit sapiẽtiã. Eadẽ enim ẽ utrisq; ad Heroum tam species q̃ gesta, intentio. Symetriã præterea cõtemnit: ꝑ quã ars ipsa rationẽ attingit: & si quis sophistarũ more loqui uoluerit: deorũ est inuentũ: cũ ob species: quibus in terra horæ prata pingunt: tum uel maxime quæ ĩ cœlo apparent. Perscrutanti autẽ ipsius artis ortum: imitatio utiq; est: uetustissimũ inuentũ: naturæq; cognatũ. Ipsam autẽ sapiẽtes excogitarũt uiri: partim picturã: partim placticen appellãtes: & plactices quidẽ multæ species. Nã & fingere: & quę ĩ ære fit imitatio: & lygdinen: pariũue lapidẽ: atq; ebur polire: & ꝑ iouẽ sculptura ip̃a plactice ẽ. At pictura coloribus quidem constat: sed non hoc solum: efficit. Iterum ab hoc sane uno existente: lõge plura: q̃ ars alia ex multis, molitur. Vmbram enim demõstrat: & aliũ furẽtis: aliũ mærẽtis: aut gaudẽtis aspectũ nouit: oculorũq; fulgores qualescũq; fuerint. Q d plasticus quispiã minime præstaret. Nã & fuluũ: cesiũq;: ac nigꝝ nouit oculũ: nec nõ & comã flauã ruffamq; ac subcãdidã: uestiũq; atq; armoꝝ colorẽ: Thalamos p̃terea ac domos: nemoraq;: & mõtes: ac fõtes: & ĩ quo hęc sunt: ætherẽ. Quicũq; aũt ad huiusce sciẽtiæ culmẽ ꝑuenerit: quotq; ciuitates ac Reges studio ip̃am ꝓsecuti fuerit: cũ ab alijs: tũ ab Aristodemo ex Caria oriũdo lr̃aꝝ monimẽtis mãdatũ ẽ: quẽ ego picturę causa triẽniũ hospitatus

ſum. Pingebat enim ad Eumeli ſapientiã, multã ipſi addẽs uenerem. Sed noſtra hæc oratio non de pictoribus eſt: atq; ipſorũ hiſtoria: ue℞ picturæ ſpecies pollicemur: meditationes iuuenibus ipſas cõponentes. unde & interpretabunt̃: & quod exactum, ac probatum eſt, curabant. huiuſce autẽ ſermonis hæ cauſæ fuere. Erat quidẽ apud Neapolitanos hoc meũ certamẽ. Ciuitas autẽ ĩ Italia cõdita græci gener̃: atq; urbani. unde & orationis ſtudio græcanici ſunt. Mihi autẽ meditationes in propatulo minime facer̃ uolenti adu‑leſcẽtes hoſpitis domũ frequẽtãtes ꝑturbationẽ, ac moleſtiam prebebant. Diuertebã itaq; extra mœnia in ſuburbio ad mare uergẽte: in quo porticus quædã ad fauoniũ uentũ exædificata erat: quattuor (puto) uel etiã qnq; tectis Tyrrhenũ reſpiciẽs mare. fulgurabat ãt & lapidibus, quoſcũq; delitiæ cõmendant. maxime uero picturis florebat: ipſi appẽſis tabellis: quas (ut mihi uidet̃) nõ ſine maximo labore quiſpiã collegerat. Plurimorũ enim picto℞ in ipſis indicabatur ſapientia. Ego autem & per me ipſam picturã laudare conſtituebam: ſed erat hoſpiti filius admodum iuuenis: in decimũ iam annũ, & auditionis ſtudioſus, & diſciplina℞ cupidus: qui me ipſas adeuntem obſeruabat, neq; ut interpretarer, rogabat. Ne itaq; me rudem arbitraretur, erunt hæc inquam: & cũprimũ iuuenes uenerint, oſtẽdã. Quare cum ueniſſent: puer inquã ꝓponatur: ipſiq; ſermonis ſtudiũ dedicetur. Vos uero ſequimini nõ modo conſentiẽtes: uerũ & ſi quid nõ planè dixerim, percunctantes.

Scamander.

NOſtine o puer hæc eſſe Homeri, an nunq̃ noſti? Mirũ uidelicet exiſtimans quo nã pacto ignis in aqua uiueret: conijcimus utiq; quod cõſideras. Tu uero

ab his respicito: donec illa intuearis: à quibus deducta est pictura. Nosti forte iliadis sententiam: ubi Homerus Patrocli quidem causa Achillem excitat: dij uero ad mutuum cōmonētur prçliū? Horum itaq; quæ ad deos ptinent: alia quidē minime nouit pictura. Vulcanum uero multum/ac sincerū ī Scamandrū irruisse dicit. Aspice iam rursus illinc omnia. Sublimis quidē hæc ciuitas: & hæc Ilij mœnia. Cāpus autē hic magnus: ut pote qui Asiam aduersus Europā oppositā capiat. Hic autē ignis multus qdē p cāpū inūdat: multus uero ad flumis ripas serpit: ut nō amplius ipsi sint arbores. Sed qui circa Vulcanū est ignis: aquæ illabitur: & flumē ipsum mœret: Vulcanoq; supplicat. Quare nec comatus amnis q circumbustus sit: nec claudicans præ cursu Vulcanus pictus est: & ignis flos nō flauus: nec solito aspectu: sed fuluus ac subcādidus. Hæc non amplius Homeri.

Comus.

DAemon est Comus: à quo mortalibus κωμάζειν: adstat in thalami foribus aureis, ut puto. tarda autē ac difficilis ipsa℞ cōprehēsio/ac cognitio, q ī tenebris sint. nox enim nō à corpore: sed à tempore picta est. Vestibula autē sponsos admodū felices in lecto iacere indicāt: & Comus iuuenis ad iuuenes accedit, mollis, nec adhuc ephebus: præ uino rubicundus: & q ebrius sit, rectus dormiens. dormit autem faciem quidem in pectus deijciēs: & gutturis nihil ostēdens, sinistram uenabulo sustinens, Sed manus sustineri arbitrata soluitur: & profectò is exprimit effectus: qui in dormiendi exordio accidit: cū nobis somno blādiente cogitatio in eorum transit obliuionem: quæ continet. unde & quæ in dextera est facula: manum præ somno languentem uidetur. Sed Comus metuens cruri adhærētē

ignem:sinistram quidem tibiam in partem dextram:faculã uero ad sinistram transfert: ut ignis uaporem declinet. ab exposito genu manum arcens. Façes autem debẽtur quidẽ a pictoribus his:qui uigore sunt ætatis constituti: & absq; his cæcutiunt pictur͛. Como uero paululum facie opus ẽ, nuenti, & à capite umbram trahenti. Verũ cæterę corporis partes exacte efictæ sunt:eas illustrante atq; in lucem educente facula. Rosarum autem corone laudetur quidem: Sed nequaq̃ a specie. Flauis enim ac ceruleis, si contigerit, coloribus florum imagines referere haud magnus est labor. Cæterum coronæ laxitatem, ac molliciẽ laudarĩ oportet. Cõmẽdo & rosarum rosidum:ipsasq; cum odore pictas assero. Quid reliquum est Comi; Quidnam aliud præterq̃ lasciuientes; non ne crotala, strepitusq; intonans, ac uox enormis te petit; Lampades quoq; sublucen, unde & lasciuientibus, quæ ante pedes habent; uidere, & a nobis uideri licet. Multus autem populus simul exercitur, & mu lierculæ cum uiris incedũt, & calciamentum extat, & præter peculiarem cinguntur consuetudinem: nam Comus & mulieri uirum agere, & uiro stolam induere muliebrem, muliebriterq; incedere permittit, & coronæ non amplius floridæ. Sed ipsarum, ꝙ capitibus concinnatæ sint, ablata est hilaritas, cum per luxum ac lasciuiam currant. Florum enim libertas manum auersatur: ut pote quæ eos ante tem pus flacidos reddat. Plausum etiam quendam imitatur pictura:cuius maxime indiget Comus. Nam dextera contractis digitis subiectã sinistram ad clauum plectit. ut manus cymbalorum more percussæ consonæ fiant.

AD Aesopum fabulæ ꝑficiscunt̃: q̃ ipsaꝝ sit studiosus, eũ diligẽtes. Nã & Homero quidem curæ fuit fabula: & Hesiodo: nec nõ & in Lycamben Archiloco: ueꝝ humana omnia ab Aesopo sub fabulaꝝ inuolucro cõficta sunt. & rõnis causa feras orõnis participes fecit. Etenim auaritiã demolit̃: cõtumeliãq; ac fraudem abigit. Et hæc leonem, ac uulpem: & p Iouem ẽquũ ager̃ inducit. & ne testudo quidem muta: sub quibus humanarum rerũ peritiã pueri ꝑcipiũt. Aesopi itaq; causa probatæ fabulæ ad sapiẽtis fores accedũt, uittis ipm: oleaginoq; ramo coronaturæ. Ipse aũt aliquã (puto) cõtexit fabulã. Oris eni risus: oculiq; ĩ terrã dimissi id præseferũt. Nouit fabulaꝝ cogitationes relaxato indigere animo. Philosophat̃ aũt pictura, & circa fabularum corpora: feras enim cõmiscens Aesopo choreã cõstituit: ab illius scena cõfingẽs. Choreæ aũt princeps picta est uulpes. Nã haud secus Aesopus in plurimis argumentis ministra utitur uulpe: ac Dauo Comœdia.

Menœceus.

THebarũ quidem obsessio: septẽ enim sunt portarũ mœnia. Exercitus uero Polynices Oedipi. Cohortes enim septem. Ipsis autem Amphiaraus tristi, & quę patient̃, intelligente specie ꝓpinquat. & cæteri qudem duces hæc metuũt, & manus ad ìouẽ tollũt. Capaneus uero mœnia speculat̃ ꝓpugnacula, ut pote quę scalis facile capi possent, cõtemnens. Nondũ tñ a ꝓpugnaculis petit̃: dum fortassis auspicari pugnã. Thebani uerent̃. iucũdũ ac suaue est pictoris inuẽtum. Armatos enim uiros mœnibus circũdãs hos qdẽ ĩtegros uidẽdos ꝑbet: hos uero cruꝝ tenus, nõ nullos dimidiatos: & quorũdã pectora, & sola capita, & galeas solas; deĩde cuspides. Proportio hęc sũt o puer. oportet

enim decipere oculos aptis orbibus coabeũtes. Ne Thebę quidem uaticinio carẽt. Oraculum enim Tiresias dicit, ad Creontis Menœceum pertinẽs. q̄ uidelicet libertate fruet civitas: si ad draconis lustrum morietur. Hic autẽ clam patre moritur ob ætatem quidem miserabilis: ob audentiam uero felix. Aspice quæ ad pictorem pertinẽt. Adulescẽtulũ nec candidum: nec delitiosum pingit: sed magnanimũ: ac palestram spirantẽ. Qualis est flauorũ flos/quos Aristonis filius laude prosequitur. Ipsum autem quæ facile tãgi possint, pectoribus, lateribusq̃, & modico nate, ac fœmore circũsepit. Numeris quoq̃, inflexibiliq̃ ceruice ualet, ita est comæ particeps: ut comam nutrire non uideat. Stringens autẽ ensem draconis adsistit lustro. & cum iam lateri adfixus sit, sanguinem subdito sinu excipiamus. Effundit enim & anima mox abibit. Quare paulo post ipsam studentẽ audies. Formosorum nãq̃ corporũ amore ipsæ etiam animæ capiuntur. Quo fit ut inuitæ ab ipsis decedant. effluente aũt paulatim sanguine labat: pulchroq̃ ac suaui, & ut somnũ trahente intuitu, mortẽ salutat, atq̃ amplectitur.

Nilus.

CVbiti circa Nilũ ludunt pueri corporis quantitati cognomines: quibus Nilus sũmoper oblectat: cũ ob alia: tum uel maxime, q̄ ip̄m, quantũ Aegyptiis ꝓfusus sit, enũcient. Procedũt igitur: & uelut ex ipsa aqua molles/ac ridẽtes progrediunt ĩfantes. Participes autẽ esse & sermonis existimo. Hi quidem ipsius humeris insident: hi à cincinnis suspenduntur, non nulli in ulna dormiunt, alii in pector petulanter saliunt, ipse uero tam ex sinu, q̄ ex ulna flores illis offert: ut ex ipsis corollas contexant: & sup floribus dormiant sacri atq̃ adorati. Et ex pueris alius aliũ

cum sistris

cum sistris ascendit. Hæc enim illi aquę consona. Cæterum crocodili & qui a nō nullis Nilo adscribuntur, Hippopatami, nunc in imo iacent uortice, ne pueris terrorem incutiant. Agricolationis autē ac nauigationis symbolū o puer ex huiusmodi Nilum indicat ratione. Aegyptū nauigabilē reddens nilus: ut feraci utant' tellure efficit, a cāpestri epotus regione. In Aethiopia autem unde delabit', moderator ipsi astat dæmon: a quo suis cōcinnis mittitur horis. Pictus autem ita est, ut cœlū attingere uideatur, pedemq; ad fontes habeat: qualiter o neptune ī hūc nuens fluuius spectat, & multos ipsi esse infantes petit.

Amores.

ECce Amores poma colligunt: q̄ autem multi sint: ne ad miratus fueris. Hi nāq; nympharū sunt filij: Mortaliū gēus omne moderātes. Multi, q̄ ea multa sint, quorū homines amore capiuntur. Cælestem autem diuina agere in cœlo ferunt. Nūquid eius quæ in orto est, beneolētiæ quicq̄ sensisti; an hoc sero te adit, sed prompto audias animo. Te enim una cum oratione mala quoq; percutient. Hi quidem plantarum ordines recti incedunt: per quorum medium ambulādi facultas datur. Mollis autem herba curriculos obtinet. Vt strati instar iacentibus sit. A summis autem ramis mala aurea; ruffaq;, ac lucida ad se excolēda uniuersum cupidinum examen attrahit. At pharetræ inauratæ, atq; aureæ, & quę in ipsis sunt sagittæ. Horum autem uniuersus nudus est grex: leuesq; peruolāt, cū malis ea suspenderint. Vario autem colore distinctę uestes in herba iacent: quarum innumeri sunt flores. Neq; coronati sunt capita, utpote coma ipsis sufficiēte. Pennæ ceruleę ac phœniceæ, & nō nullis aureæ tantū nō ipm aera quodā

percutiunt concentu. O felices calathi in quos poma depo nunt. Quam multus circa ipsos sardonicus: multa & smaragdus. uera est & Margelis. Horum compositio Vulcano adscribitur. Ipsius autem opera ad scalas extruendas: ut arbores ascendant: minime indigent. sublime enim & ad ipsa aduolant mala. & ne saltatores: uel discurrētes: uel dormiētes dicamus: uel ut poma edentes gaudent. Quidnam isti sentiant uideamus. Ecce enim quattuor iter cupidines formosissimi a cæteris secesserunt: quorū duo mala sibi inuicē mittunt. Alteri duo mutuis se sagittis petūt nec uultibus īsunt minæ: sed pectora īuicem præbent: ut illic saltem tela inhæreant. Pulchrum hoc est ænigma. Aduerte aūt nunqd pictoris mētem nouerim. Amicitia hæc sunt o puer: ac mutuum desiderium. Nam qui pomo ludunt: amoris initium faciunt. Vnde hic quidem osculatus iacit malū. Hic uero supinis ipsum excipit manibus: indicans se osculaturum: ac remissurum si ceperit. Hoc autem sagittariorū par amorē: qui iam præuenerit confirmant. Et hos quidem ludere: ut amare incipiant: hos uero ne desinant: iaculari contendo at illi circū quos multi spectatores ob irā cōflixerūt: quædāq; eos habet lucta. Dicam & luctam; hoc enim depcaris. Hic quidem aduersarium superauit: in eius dorsum uolans: & in suffocationem abducit, & cruribus nectit. Hic uero neq; deficit: & rectus assurgit: manūq; qua angit dissoluit: unū de digytis reflectens: post quem non amplius reliqui tenaciter continent: dolet enim cōtortus: & luctatoris aurē mordet. Vnde spectātes indignant cupidines: q & iniq; & præter luctantium morem faciat, pomisq; ipsum appetunt. Ne lepus quidem ille nos fugiat. Capiamus autem ipsum una cum cupidinibus. Hanc ferā sub malis sedētem: pomaq; in

terram cadentia edentẽ:ac multa semesa relinquẽtẽ uenantur hi:& perterrefaciũt hic quidẽ manuũ plausu,hic uero clamitans:alius clamydẽ cõcutiẽs.& hi quidẽ superuolant fere iclamãtes:hi uero pedites ipam ꝑ uestigia insequunť. Hic autẽ ut seipsum imissurus irruit: & fera alio cõuersa ẽ. At hic leporis cruri insidiatur:huius uero e mãibus lapsus est. Itaqꝫ rident & ceciderunt:hic quidem in latus: hic uero pronus:hi omnes supini errorem uario indicante habitu. Nullus autem sagittas in eum mittit:sed uiuũ capere conãtur Veneri suauissimã hostiam. Nosti enim forte quod de lepore dicitur:eum scilicet multæ esse participem Veneris. Fama est igitur fœminã quidem lactare quæ peperit: & in eodem lacte rursus parere, ac superfætare: & nullum i ipsa uacare a partu tempus. Mas uero & ut marium exigit natura:serit:& præter id:quod genuit superfœtat. Inepti autem amatores amatorium quoddam lenociniũ in ipso esse existimauerũt:uiolenta quadam arte suas aucupãtes delitias. Hæc autem iniquis omittamus hominibus: minimeqꝫ ut redamentur dignis. Tu uero mihi uenerẽ aspice. Vbi nam & ad quæ mala illa. Vides ne saxũ illud cauũ;uñ ceruleus emanat fluxus:uiridisqꝫ ac potu suauis: qui ad irigãdas diducit̃ malos. Hic mihi esse uenerẽ arbitrar̃: quã(ut puto) nymphæ erexere:ꝙ amoꝝ:proptereaqꝫ pulchræ prolis genitrices reddiderint. Argenteum autem speculum: illudqꝫ inauratum sandaliũ: atqꝫ aureæ fibulæ:aut temere suspensa ac dicata sunt:se enim esse Veneris innuũt: quod & scripto constat:nympharũqꝫ esse dona dicunt̃. Cupidines autẽ ipsi pomorũ primitias sumũt: circũqꝫ adstantes pulchrum ipsis esse hortum præcantur.

Memnon.

EXercitus quidē Memnonis, arma uero ipsis deposita sunt:& ipsorum maximū lugendū proponunt. Fraxinea autē hasta in pectore, ut mihi uidetur, uulnus accepit. latum enim campum, & scænas, & in castris murū, mœnibusq; munitam ciuitatem cum īuenerim: nescio quo pacto nō æthiopes hi, & Troia hæc. Lugetur autē Auroræ filius Memnon. Hunc Troiæ suppetias ferētē Pelei filius (ut aiunt) interfecit, qui magnus, ipsoq; minime inferior uenerat. Etenim aduerte quātus humi iaceat, quātaq; cincinnorum spica, quos (puto) Nilo nutriebat. Nili enim ostia Aegyptij, fontes Aethiopes habent. Aspice quātū species ipsa roboris oculis etiam defectis præferat. Aspice pręterea lanuginem, quā interfectoris ætati cōgruat. Ne nigrum quidem diceres Memnona. Nam quæ ipsi inest sincera nigredo floris nescio quid præsefert. Dæmonibus aūt suspensis Aurora filij causa lugens tristem reddit solem. & noctē ante tempus accedere, exercitumq; cohibere precatur, ut sibi filium surripere liceat. Ioue id fortasse permittente. & ecce surreptus est. & in picturæ finibus existit festinatio. & nusq̄ terrarū Memnonis extat tumulus. Ipse aūt Memnon in nigrum transformatus est in Aethiopia lapidem. & figuram quidem sedentis. Speciem uero illam puto, & solis radij statuam petunt. Sol enim Memnonis os ueluti plectro percutiens inde uocem elidere, loquaciq; sophismate inuēto diem solari uidetur.

Neptunus uel Amymone.

NEptuno per mare incedenti occurristi (puto) apud Homerū: cum ad achiuos ab ægis proficiscitur, & tranquillum est mare una cum ipsis equis, ac cetis eū comitans. Illa. n. sequuntur, & ut hic neptuno blandiuntur.

Itaq; illic quidẽ(ut reor)terrestres sentis equos, æripides eni ipsos uult esse ac celeres, flagelloq; cædi. Hic uero subcuruati currunt, immersi ungulas, natatores ac cesij, & per Iouem ut delphines. Illic præterea indignari quidem. Neptunus, Iouiq;, q͂ græcos ĩ fugam uertat, ipsisq; iniq; suffragetur, succensere uidetur. Hic uero lætus, atq; hilarum cernens pictus est, & amantium more commotus. Amymone nãq; Danai filia Inachi aquã frequentans deum ad amorẽ compulit, & ut illam se amari nũdum sciẽtem capiat, proficiscitur. Metus autẽ ac pauor puellæ, urnaq; aurea manus efugiens perculsam Amymonen, & q͂d neptunus mare penitus relinquat, ambigere atq; ignorare ostendit: cãdidãq; natura existentem aquæ fulgore ĩmiscens illustrat aurum. Secedamus o puer a nympha. Fluctus enim iam ad nuptias incuruatur, cesius adhuc, ac fuluus, Sed purpureum ipsum Neptunus reddit.

Paludes.

NVmida quidẽ est humus. Calamũ autem ac corticẽ fert: quę nullo cultu ac satu paludum ubertas edit, & Myrica picta est & gladiolus. Hæc enim in paludibus enascuntur, excelsi autem ac diuersæ inter se naturæ circũiecti sunt montes. Nã qui pinũ prebent tenue indicãt solum, Qui cupresso pullulant, argillosum præseferunt. Abietes autem illæ quid aliud q͂ tempestuosum atq; asperũ innuunt montem. Neq; enim glebam diligunt, nec apricis oblectantur. Quo fit ut a campis migrent, utpote quæ in montiũ uertice facilius proueniant, ac crescant. Fontes aũt e montibus scaturiunt, qui defluentes aquãq; cõmiscentes campũ in paludẽ, neq; enormem, neq; confusam redigunt. Ipsius autem fluxus æque a pictura diducitur, ac si natura

omniũ perita ip̃m diduceret. Multos autem uolutat uertices apio scaturiẽtes, auibus ĩ aqs degẽtibus natatu faciles. Vides enim ut anates ĩ aqua dilabanť, quasdã ueluti aquæ fistulas expirãtes. Quidnã anseꝶ gens. Nam & ipsi: ut sua ipsaꝶ natura exigit: in superficie nactantes picti sunt. Hos autem oblongis cruribus insistentes: rostro copiosos: externos (puto) nosti ac molles alium aliis pennis. Ipsoꝶ præterea habitus diuersi. Nam hic quidem in saxo alterius insistit pedibus: hic uero pẽnã refrigerat, at hic expurgat, ille uero ex aquá aliquid cepit: hic in terram annuit: ut inde aliquid edat. Quod autem infrenati cycni ab amoribus regãtur minime mirũ. Sunt enim insolentes di: & illudẽdis auibus idonei. Vnde nec moderamen ipsum: nec in qua hæc fiunt: aquam negligẽter prætereamus. Hæc quidem aqua plaudis est pulcherrima fonte ipsam inde exibente. In formosissimã autẽ cogitur piscinam: ĩ cuius aquæ medio hinc atq; illinc nuunt amarãta: suauespicæ: & flore aquam plectentes. Circa has cupidines sacras auroq; ĩfrenatas moderantur aues: hic quidem omnem relaxans habenam: hic uero contrahens: hic flectens: ille circa metam declinans. & exhortãtes cycnos atq; inter se minantes: & obiurgãtes audire existima: hæc enim uultu præseferunt. Hic autẽ proximũ de turbat: hic iam deiecit: hic ex aue cecidisse gaudet: ut in hippodromo lauet. Qui autem inter cycnos maxime cantu præstãt: ripas in orbẽ obsident: orthiũ (puto) cãtum ut pote de more certãtibus adcinẽtes. Cãtus signũ uolucrẽ uides adulescẽtem; uentus hic est Zephirus: cycnis cantũ remittẽs. Pictus est autem mollis: ac uenustus: ut spiritum innuat: & cycnis alæ ut uẽto plectãtur: extẽsæ sunt. & ecce fluuius paludẽ egreditur latus undisq; agitatus. Traiiciũt

autem ipm æpoli: & pastores super ponte: quo iunctus est fluuius. Si autẽ caprarũ pictorẽ laudares, ꝙ ipsas subsultantes ac petulantes pinxerit: uel ouiũ: ꝙ tardũ ipsis incessum: & ut onus: uel si potius fistulas percurreremus: aut qui his utũtur, ꝙ contracto canant ore: picturæ minimã partẽ laude prosequemur, & quãtũ ad æmulationẽ tẽdit. Sapientiã uero: atq; occasionem picturæ: quæ utiq; ipsius artis pręstãtissima uident: minime laudabimus. Quæ igitur est sapiẽtia; palmaꝝ par imposuit flumini: & admodũ suauẽ in ipso rationem. Nam quod de palmis dicitur: cum haud ignoraret: & inter eas marem ac fœminam esse: ipsarũq; cõnubiũ audiuisset: & ꝙ fœminas ducant ramis ipsas amplectentes: seq; in ipsas intendentes: ex utroq; sexu duas palmas singulas singulis pinxit ripis. Inde hic quidem amat: & inclinat: ac fluuiũ transilit. Fœmina uero adhuc procul existente: cũ amplecti minime liceat: iacet: & aquam iungẽs seruit: estq; transeũtibus ob corticis asperitatem tutissimus.

Amphion.

LYram pulcherrimum inuentum geminis cornibus Iugo, & chely primus Mercurius cõpegisse: & post Apollinẽ ac Musas Amphioni Thebano dono dedisse ꝑhibet. Is aũt Thebas nundũ muris cinctas habitans cantus misit in lapides: & audiẽtes lapides cõcurrũt. Hæc enim picturæ insunt. Primã igit lyrã despice: an pro dignitate picta sit. Cornu nãq; capræ esse petulcæ poetę aiũt: ipo autẽ cornu musicus quidem ad lyram: Sagittarius uero ad sua utit cõmoda. Atra: ac secta cernis cornua: & ad pulsum ac sonitũ idonea. Ligna quibus lyra indiget ex buxo omnia ualida ac læuia. Ebur in nulla est lyræ parte. hominibus elephãtẽ adhuc & ad qd eius cornibus uterent: ignorãtibus.

& Chelis nigra quidē, sed adfabre, & ut rei natura exigit; perfecta est. Orbes flauis inter se ombilicis adnexos circundata. Nerui autem partim quidem magadi appositi sunt, umbilicisq; occurrunt, partim uero subiugo caui uidētur. Hic utiq; ipsorū habitus aptissimus, cū directi in lyra reclinent. Amphion autē quid ait, Quidnā aliud, q̄ canit. & altera manus mētē ad lyrā reuocat. Ipseq; tātū aperit dētiū, quātum canenti satis est. Canit autem puto terrā, quę cum oīum genitrix, ac mater sit, muros sponte p̄beat: Coma aūt p se quoq; iucūda fronti quidem oberrans, una uero cum lanugine secundū aurē descēdens, auriq; nescio quid pręferens, ac cū mitra multo suauior quā gr̄as elaborasse poetę ferūt. Dulcissimū ornamētum & ad lyrā postremū Mercurius amore captus utroq; Amphionē munere mihi prosecutus uidetur. Clamys præterea: quam gestat, a Mercurio & ipsa, neq; enim uno constat colore, Sed mutat: ac iuxta irim uariat. In edito autem sedet: pede quidem terram cōcinne pulsans, dextera uero neruos plectens canit: & altera manus in rectum promissos habet digytos: quod solam plasticen ausuram crederem. Esto. quæ uero ad lapides ptinent: quomodo habent: omnes ad cantum cōcurrūt: & audiūt: ac murus fiūt. & hic quidem iam exædificatus est; hic uero ascendit, ille nup præuenit. Ambitiosi ac suaues sunt lapides: musicæq; obsequētes. At murus portis septē: quot lyra tenoribus: constat.

Phaeton.

AVreæ Heliadum lachrymę. In Phaetōtis gratiam ipsas defluer̄ sermo est. Aiunt enim ip̄m a sole genitum aurigādi desiderio paternū audenter ascēdisse currum, Habenasq; minime continētem a recto aberrasse cursu, inq;

cursu, inq; Eridanum decidisse. Hæc sapientibus quidem exuberantia quædam ignis fuisse uidetur, a poetis uero, ac pictoribus equi: ac currus: & cœlestia confundunt. etenim cõsidera. Nox quidem a meridie diem abigit, solis uero or bis in terram decidens stellas trahit. Horæ autem portas deserentes ad sibi occurrentes fugiunt tenebras. & equi a iugo excidentes œstro agitãtur: at Tellus deficit: palmasq; tollit ad sidera. Impetuoso ac uehemẽte in ipsam ingruẽte igni. Excidit autẽ adulescẽtulus ac defertur. Comam enim combustam: ardentiaq; habet pectora: & in Eridanũ delabetur: fluminiq; quãdam p̃bebit fabulã. Cycni nãq; dulce spirantes adulescentulum sibi oden facient: ipsorumq; greges sublati hæc Caystro atq; Istro concinẽt. nec quicq̃ erit huiusmodi sermonis inscium. leuiq; atq; in itinere cõgruo ad oden utentur Zephyro. Dicitur enim luctus cõcinitatẽ cycnis consensisse. Hæc utiq; adsunt auibus. Quare iam tempus est: ut perinde atq; organa canant. Quæ autem in ripa sunt mulierculæ: quæ nundũ arbores: Heliadas aiunt fratris causa trãsformari: & ĩ arbores desinere: lachrymasq; efundere. & pictura hoc nouit. Radices enim extremis cũ iniecerit partibus: hæ usq; ad umbilicum arborẽ præseferunt. Rami manus præoccupant. Heu comam: q̃ populi omnia: o q̃ aureæ sunt lachrymæ: & quæ in oculorũ quidẽ sede inũdat: fuluis splẽdescit pupillis: uelutiq; radiũ trahit. Quæ uero inest malis: circa ipsarum rubedinem lucet. At quæ in pectore consistunt: iam in aurũ redactæ sunt. Luget & fluuius pœnam sustinens: & Phaetonti quidem sinum subtendit. Color enim excipientẽ refert. heliadas uero mox excolet. Auris enim atq; algoribus à se exhalãtibus in lapidem uertit: atq; excipit cadentia. & per limpidam aquã ad

barbaros oceanum incolentes populoꝝ abducet ramenta.

Bosporus.

QVæ in littoræ sunt mulierculę adclamāt:equos aūt
precari uidentur:ne pueros excutiāt: neue frenum
respuant : sed feras capiant:ac conculcent.Hi uero
(ut puto)audiunt:hæcqꝫ pficiūt . Post uenationem autem
ac prædam captam nauis eos ex Europa in Asiam traicit:
stadia ut plurimum quattuor.Hoc enim interstitio inter se
distant gentes.& remigum ipsi funguntur officio. Ecce ru-
dentem iaciunt. Amœnissima autē eos excipit domus:tha-
lamos:& andronas fenestrarumqꝫ uestigia præseferēs. Mu
ro prætercа propugnaculis exornato circūdata est.Quod
autem totius domus est pulcherrimū:semicircularis circū-
iecta ē mari porticus:suo sibi lapide cerulea gignitur e fon
te lapis.Tepidus enim fluxus e Phrygiæ mōtibus emanās
inqꝫ lapidicinas lapsum inducens nōnulla immergit saxa:&
quod agnatum est aquosum reddit.Quo fit ut ipsoꝝ uarij
sint colores . Turbidum quidem ubi stagnat:ac ceruleum
refert. Purū uero ubi cristalli speciē illinc reddit : multisqꝫ
epotus foraminibus lapides uariat.Sed ripa edita est:& hu
iusmodi fabulæ fert symbolum. Puella ac puer ambo for-
mosi eūdemqꝫ frequentantes præceptorē : ad mutuū accēsi
sunt amorem.& nulla amplectendi oblata occasiōe:ex hoc
saxo mortem appetiuerunt. itaqꝫ hinc in primis ac postre-
mis amplexibus se præcipites dedere:& pictoř fabulā inuē
te:Cupido super saxo existens manū in mare extēdit.Quę
uero sequitur domus auidua muliercula ob iuuenū mole
stiam urbem egressa colitur.Nā se ipsam rapturos asserue-
rant:& petulantia quadam : lasciuisqꝫ saltationibus ac car-
minibus eam frequenter adibant:muneribusqꝫ solicitabāt.

At ipsa(ut puto)factu quodam atq; animi elatione in eos utens uellicat: ac scalpit adulescentulos:& huc clanculum egressa munitam hãc habet domum. Contemplare enim q̃ munita sit. Præcipitium mari iminet:qua quidem undis alluitur:lubricum:superiore uero parte prominens: hanc supra mare sustinens domum. Sub qua mare profundius uidetur:si quis in ipsum oculorum aciem dimiserit. & tellus ad hanc tendens rupem cæteris omnibus: præter q̃ motu nauem refert. At ne sic quidem ipsam deseruerunt cupidines sed hic quidem ceruleæ proræ: hic uero inauratæ: alius alterius coloris nauiculam ingressus nauigat. Necnon & Comus ipse.i.ebrietatis deus:pulchri: corollisq; ingnes. & hic quidem tibia canit: hic uero plaudit: inquit: hic cantat: puto: coronas autem atq; oscula reijciunt: nec remos agitant: sed continent: præcipicioq; adhærent. At muliercula domo hæc æque atq; e specula contemplatur. Comũq; irridet in amantes deliciose se gerens: & nõ modo nauigare: uerum natare etiam cogens. Gregibus quoq; progrediens occurres: & mugientes audies boues: fistularũq; sonus tuis obstrepet auribus. Obuij fient & uenatores: & agricolæ: fluminaq; & lacus:ac fontes: Nam & quæ sunt: quæq; fiũt:& ut quædam fieri possent:pictura ipsa exp̃ssit. Non per ipsorum multitudinem male efingens uerum:sed uniuscuiusq; proprium reddens ac perficiens: ut si unum quid pinxisset. Donec ad sacellum peruẽiamus. Nam & tẽplum illic existẽs: & iuxta templum arrectas columnas ut puto: uides. & in ore excitatam faculam propterea appensam: ut uenientibus ex ponto nauibus præluceat.

Piscatores. 14

CVr non ad aliud ducis? Satis enim quæ ad Bosporum
ptinēt: mihi cognita sunt. Quid dices? relicta sunt
mihi quæ ad piscatores spectant: quod initio polli-
citus fueram. Itaq; ne minima quæq; : sed quæ memoratu
digna : sunt percurramus. Calamo quidem piscantes : uel
nassa utentes: uel si quis rete extrahit: aut tridentem illidit:
ab oratione auferamus: parua enim audices : si de ipsis ser-
monem habuero: pictureq; condimenta potius uidebūtur.
Sed Thynis insidiantes uideamus. Nam ob prædæ magni
tudinem plurimi faciendi. Tynni ex ponto exterius frequē
tant mare. q & in ipso geniti sint pascuaq; habeāt: hęc qui-
dem piscium: hæc uero limi aliorumq; humorū: quos Ister
ac Mæotis in ipsum inferunt. Quo fit: ut reliquo mari dul
cior ac potabilior sit pōtus. Natant autem ut militum pha
lanx: octeni: & seni deni: ac triceni bini: inuicemq; alius aliū
undis inspergit: in tantam natantes profunditatem: quanta
est ipsorum latitudo. Innumeræ autem sunt: quibus capiū-
tur species. Nam & ferrum in eos acuere licet: uenenaq; in-
spergere : paruumq; sufficit rete: cui gregis paululum satis
fuerit. Optima est autē hæc uenatio. Ex sublimi nāq; ligno
quispiam ad numerandum celer: oculorumq; acie præstās
speculatur. Oportet enim ut ipse mari quidem oculos infi-
gat: longissime uero intendat. q si ingredientes pisces uide
derit: q̄ maxima ad eos: qui in nauiculis morantur: opus est
uoce. Ipsorum enim numerū & quot millia sunt : dicit. Hi
uero clausibili ac profundo ipsos sepientes reti : preclaram
excipiunt prædam. Ex qua uenationis duci ditescere facile
est. Iam picturā inspice. Cernes enim hæc fieri. Speculator
quidem spectat in mare in numeri conceptionem oculos
difundens. In cæruleo autem æquoris flore pisciū colores.

Superiores quidē nigri uidētur : minus uero qui sequunt᷑ at qui post illos sunt:iam uisum decipiūt : postea umbrosi: deinde aquosi : mox ut suspicari possis. oculorū enim acies in aquam descendens ita habetatur:ut quæ in ipsa sint : dignoscere nequeat:at piscatorum populus suaues:& ꝙ assidue apricentur colore flaui.& hic quidem remū alligat:hic uero admodum tumescente brachio agitat:ille proximum exhortatur:hic remo minime incombentem cædit. Sed ꝙ in retia iciderint pisces:sublatus est a piscatoribus clamor. & hos quidem cæperunt:hos uero capiunt. Vsq; adeo aūt in uenationem delitiantur:ut quid tanta faciant pisciū multitudine ignorantes nōnullos reclusa retis parte difugere: atq; excidere permittant.

Semele.

TOnitrus specie durus: & fulgure oculis splēdorem emittens:ignisq; ex tyrannica cœli domo cōceptus huiuscemodi nisi forte ignoras : attingit rationem. Ignea nubes Thebas obducens:in Cadmi tectum cum fragore cadit:Ioue ad semelem amantium more accedente.& semele quidem(ut remur)perijt. Dionysus uero per Iouē (puto)ad ignem nascitur.& semeles quidem in cœlū ascēdentis species obscura uidetur.& musæ ipsam illic canent: Dionysus uero & disrupto matris utero exilit. ignēq; caliginosum nitidus ipē atq; istar stellæ fulgurās reddit. Discedens autem flāma antrū Dionyso asyrio:Lydioq; suauius in umbraculi modum efingit. Clauiculi nāq; : atq; hederæ corymbi circa ipsum pullularunt:& iam uites:ac thyrsi arbores : sic sponte e terra nascentes:ut non nullæ circū ignē sint. Nec mirari oportet:si in Dionysi gratiam tellus ignē coronat.Q uippe quæ & cum ipso bacchabitur : & uinum

e fontibus haurire permittet:lacq; cum̃ ex gleba:tum̃ ex la
pide:ut ex uberibus deducere. Audi Pana : q̃ in Cithæronis
uerticibus Dionyſum canere uidetur Euion exultans. At
Cithæron humana ſpecie in ipſo paulo poſt futuros luget:
ac queritur dolores:hederæq; geſtat coronã à capite decli-
nantem. Nam admodum inuitus Dionyſi cauſa coronat᷑.
Megæra iuxta ipſum Abietem ponit:& aquæ fontem edit:
ſanguinis Actæonis(puto)ac Penthei cauſa.

Ariadne. 16

q Vod Theſeus iniqua faciens : ſunt qui non iniqua
dicunt : ſed ex Dioniſo Ariadnen in dia inſula dor-
mientem reliquerit : fortaſſe & a nutrice audiuiſti.
Illæ nãq; in huiuſmodi ſapientes.lachrymaſq;:cum uolue-
rint inter narrandum efundunt. Non itaq; mihi opus erit
dicere. Qui in naui eſt:eſſe Theſeũ:Dionyſumq;: Qui in
terra nec ut ignorantem ad eam : quæ inter ſaxa in moli ia-
cet ſomno conuertam. Nec pictorem laudare:quibus alius
cõmendari poſſet:ſatis eſt. Pulchram enim Ariadnen: pul-
chrumq; Theſeum pingere unicuiq; facile: & Dionyſi his:
qui pingere ac fingere poſſunt ĩfinita ſunt phaſmata:quoꝝ
ſi paululum quid quiſpiam aſſequatur : deum concepit ac
reddidit. Etenim corymbi in ſerta contexti Dionyſi ſunt in
dicium:etiam ſi inepte compacti fuerint. Et cornu ex tem-
poribus erumpens Dionyſum indicat. Panthera præterea
apparens dei habetur ſymbolum. At hic ſane Dionyſus
amoris tãtũ cauſa pictus eſt. Florida enim ueſtis. Thyrſiq;:
ac nebrides ut ad præſentẽ occaſionẽ minime facientia abie
cta ſunt. Nec cymbalis bacchæ:nec tibijs Satyri in præſen
tia utuntur. Quin & Pan ipſe ne puellæ ſomnũ ſoluat: ſal-
tationẽ cohibet. At Dionyſus amoꝛ ebrius:ut de ĩpotenter

amãtibus Teius Anacreon ait:purpurea indutus ueste:rosisq; caput redimitus Ariadnen adit. Theseus amore quidẽ captus est:sed Athenarum fumi. Ariadnen uero nec amplius nouit:nec unq̃ nouerat. Ipm autẽ labyrinthi quoq; oblitũ assero: nec cuius rei causa in Cretã unq̃ nauigauerit: posse dicere. Sic quæ a prora sunt tãtũ cernit. Vide & Ariadnen: quin imo somnũ ipsum. Nuda enim ad umbilicum hæc pectora: collũ aũt supinũ: ac molle guttur: at ala dextera tota apparet: altera uero manus in læna iacet: ne quid uẽtus deturpet. Qualis o Dionyse q̃q; suauis anelitus. Vtrũ autẽ poma: an racemos oleat: osculatus dices.

Pasiphae. 17

PAsiphae tauri amore capta ẽ: Dædalũq; rogat: ut se ræ flexanimã aliquã excogitet. Ipse uero cauã effingit bouem gregali similẽ uaccæ cũ tauro uersari cõsuetæ. & q̃nã ipsorum fuerit coitus Minotauri idicat species: præter naturã expressa. Coitus autẽ nunc minime pictus ẽ. Sed officina quidẽ hæc est Dædalo exædificata. Circũ uero ipsam stant statuæ: quarum aliæ exactam habent formã: iam incedentes: aliæ ad id eruditionis deductæ sunt: ut icessum polliceant̃: ut. s. statuæ incederent. Huic autẽ rei quæ ante Dædalũ erat: statuaria nundũ mẽtem adhibuerat. At dædalus ipse atticissat quidẽ & specie: nam prudẽtiam quãdam sapientiãq; aspectu præsefert: atticissat uero & ipso habitu fuscam hanc uestem indutus. Addita ipsi & pedũ nudatiõe: qua attici maxime exornãtur. Sedet aũt ut cõgrue bouem cõcinnet: ac componat: & in fabricanda boue socios sibi facit Cupidines: ut Veneris aliquid in ipa machina inspicias. Euidentes enim sunt Cupidines: o puer qui terebrã uertũt: & per Iouẽ qui ascia rudes adhuc bouis partes leuigãt: qq;

ſymmetriam librant ac conſiderant:qua opus ipſum conſi
ſtit q autē circa ſerram sunt:cogitationem omnem:ſapien-
tiamq; ſuperarunt : quanta ad manus : coloreſq; pertinet.
Aduerte : ligno ſerra impoſita:iamq; per ip̄m ducta. Diſtra
hūt autem ipſam hi Cupidines:hic quidem a solo:hic uero
a machina erectiq; ac pronuētes: hoc autem uiciſſim facere
arbitremur. Hic eteni nuit ut surrecturus:hic uero erectus
eſt : ut nuturus . & hic quidem ab humo ad pectus anelitū
remittit:hic uero a sublimi & uentrem repletu infra con-
firmans manus. At Paſiphae foris circa armenta taurū cir-
cūſpicit:specie ac forma ip̄m atraxiſſe rata:nec non & ſtola
diuinum ac super omnem Irim splendente:reiq; difficulta
tem : ac conſilij inopiam ipso indicat aſpectu. Nouit enim
qualia ardeat:ferāq; amplecti appetit. At taurus hāc quidē
minime intelligit: suam uero ipſius aspicit bouem . Pictus
eſt autem taurus quidē superbus : & armēti dux:cornuaq;
pulcher:ac candidus:& conſiſtens:gutturq; profundus: &
ceruicem pinguis. Hilarum præterea ac iucūdum in uaccā
respiciens:hæc uero gregalis:ac soluta : & præter nigrum
caput uniuersa cādida ut indignū renuit:ac remittit taurū:
puellæ namq; cuiuſdam amatoris contumeliam fugientis
ſaltum indicat.

Pelops uel Hippodamia.

STupor quidem Oenomai Arcadis cauſa:qui uero
ipſius ergo clamitant:audis enim fortaſſe: Arcadia
eſt:& quantū ex Peloponneso. Myrtili namq; arte
contritus cecidit currus: hic autem quatuor conſtat equis.
Nam in rebus bellicis nūdū quadrigis audenter utebant̃ :
quas certamina & nouerāt:& uenerabant̃ . & Lydi equoꝝ
ſtudioſiſſimi sub Penelope quidem quadrigis ac curribus
utebantur:

utebantur:poſtea uero temones quatuor attigerũt: & omnium primi octo habuiſſe equos produntur. Aſpice puer: q̃ horrendi ſint Oenomai equi: q̃q; ad impetum uehementes rabie: ac ſpuma repleti (Hoc autem arcadicis ineſſe eqs maxime inuenies) & q̃ nigri: ꝙ iniquę & non honeſtæ rei cauſa iugati ſint. Pelopis uero equos: q̃ cãdidi ſint: & habenis idonei: ac maxime obſequentes: placidum quid uictoriæq; cõſcium hinnientes. Oenomaũq;: q̃ æque ac Thrax Diomedes barbarus ſpecieq; truculẽtus iaceat. Puto aũt te Pelopi crediturꝜ: ꝙ Neptunus ipſius ſit formã dũ ĩ Sipylo diis uinũ miniſtraret admiratuſq; iam adulescentulũ huic currui impoſuerit. Currus aũt ut terrã mare pambulat: & ne gutta quidẽ ex ĩpõ ĩ axẽ ſalit. Firmũ nãq; ac terræ ſimile eqs ſubiacet. Pelops igit̃ atq; Hippodamia curſu ſupiores ſunt: ĩ curru uterq; ſtãtes: ibiq; cõiugati. Vſq; adeo aũt iuicem uincti ſunt: ut in amplectẽdi appetitu exiſtãt. Indutus eſt autem ipſe quidem ad Lydium ac delitioſum modum. ætatem ac formã agẽs: quã paulo ante uidiſti: cũ Neptunũ equos peteret. Hæc uero nuptiali ornata eſt habitu: nuper malam detegens cum ad uiri uenire perſuaſit. Exilit & Alpheus e uortice oleaſtri quãdam Pelopi ripæ obequitanti coronã deligens. Proci autem in monimentis: quæ in Hippodromo ſunt ſepeliebantur: quos Oenomaus occidens filiæ nuptias ꝑtrahebat Tribus ſupra decẽ iam iuuenibus interfectis. At humus ipſa circa ſepulchra flores gignit: ut ĩpi quoq; proci in Oenomai clade corollis inſigniri uideãtur.

Pentheus.

PIcta ſunt quidem o puer & quæ in Cithærone occiderunt: BaccharꝜ chori: & uinolentæ petræ: & ex racemis nectar: & ut lacte tellus glebam pinguem: ac

lætam reddit : & ecce hedera ſerpit : & serpentes erecti: ac Thyrſi : arbores puto mel ſtillãtes.& hæc tibi abies humi: magnum ex Dionyſo mulieꝝ opus. Cecidit autẽ Pentheũ Bacchis ſub leonis ſpecie excutiens.At ipę prędam diſcerpunt: mater illa: ac matris sorores: hæ quidem diuellentes manus : hęc uero à coma trahẽs filium. Vocem utiq; extollere diceres:adeo Euius ac bacchicus ipſis eſt anelitus. At ipſe quidem Dionyſus hæc e ſpecula intuetur : ira genam replens:oeſtrum uero mulieribus incutiens. Itaq; nec quid faciant:nec quæ pentheus precetur: uidẽt. Frementẽ ſe audire leonem ferunt. Hæc quidem ſunt:quę in monte fiunt: quæ uero prope:hæc ſunt. Hę Thebæ:hæc Cadmi domus & in foro luctus:& defunctum affines concinnant: ac componunt:ſi quo pacto tumulo ſeruetur . Adiacet & Penthei caput:de quo nõ amplius ambigitur.Sed quale Dionyſus etiam miſeretur:iuuenile:ac genã molle:& comas flauum: quas neq; hedera:neq; ſmilacis:aut uitis palmes uixit:neq; tibia concuſſit aliqua:neq; aſylus:ualidus enim ab ipſis fieret:ualidaſq; ipſas redderet. Inſaniebat autem q haud cum Dionyſo inſaniret:miſeratione ea quoq; digna:quæ ad mulieres pertinent:arbitremur . Qualia enim in Marathone ignorarunt:qualia hic norunt. Nam non modo inſania: uerum etiam robur:quo debacchatæ ſunt:ipſas reliquit. Vides ut per Cithæronem quidem certaminis plenæ ferũtur: montis Echo ſimul tollentes:hic uero conſiſtunt:& quę furore correptæ cõmiſerunt:in mentem ueniunt:& dũ humi ſedẽt:huius quidem caput in genua premitur : huius uero in humerum . At Agaue amplecti quidem filium appetit : tangere uero ueretur. Filij autem ſanguine tam ipſius manus:q̃ gena:ac denudata mãmæ pars ĩſperſa eſt. Harmonia

autem & Cadmus sunt quidem: sed non quales fuerant. In dracones enim a parcis trasformantur: & squama iam ipsos occupat: euanuerunt pedes: ac nates: formæq; mutatio ad superiora serpit. Ipsi uero obstrupescunt: seq; inuicem amplectuntur: ut pote corporis reliqua continentes: ne illa saltem ipsos fugiant.

Tyrrheni.

NAuis sacra & nauis piratica: hanc quidem dirrigit Dionysus: hanc uero Tyrrheni sui maris piratæ ingressi sunt. In sacra quidem naui Dionysus bacchium canit hymnum: ad plauduntq; Bacchæ. Harmonia autem: quanta in orgijs excitatur: adsonat mari. At mare sua ipsius dorsa Dionyso haud secus ac Lydorum tellus subijcit. In altera uero naui insaniunt: remigationisq;: obliuiscuntur. Ipsorum autem quam plurimis iam manus periere. Quæ nam est pictura? Tyrrheni o puer Dionyso insidiantur: quod effœminatum: ac præstigiatorem: & ob diuitias in naui existentes aureum esse Dionysum audiuerint: Lydiasq; mulierculas: cum satyris: ac tibicinis: & ferulifero sene ipsum sequi: Vino etiam maroneo cum ipso Marone comitantibus. Panas præterea sub hircorum specie cum ipso nauigare audientes: se quidem Bacchas ducturos aiebant: Capras uero: quas Tyrrhenorum pascit terra: illis remissuros. Piratica igitur nauis hostilem in modum agitur. Nam rostris: ærataq; prora munita est. Manus præterea insunt ferreæ: cuspidesq;: ac falcibus præfixæ hastæ: ut occurrentes perterrefaciant: feriq; aliquid ipsis inesse uideatur: cæruleis quidem picta est coloribus: circa uero proram uelut truculentis spectat oculis: tenuis autem est pupis: & lunæ speciem reddit: ut piscium postrema. At Dionysi nauis alia quidem saxo mihi similis uideatur: quæ uero ad proram uergunt squamosa cernuntur. Cymbalis ipsi naui alternis applicatis: ne si quando satyri uino

grauati dormirēt: Dionysus sine strepitu nauigaret. Prora autem ad pantheræ similitudinē educta est. Dionyso nāq; cum hac fera ꝓpterea intercedit familiaritas ꝙ animalium calidissimum sit: leuiterq;: & ut Baccha saliat. Vides igitur feram ipsam cū Dionyso nauigantem: & cū nondū Dionysus iusserit: in Tyrrhenos ruentem. Thyrsus autem hic e media exortus est naui: mali uicem gerēs. cui purpurea appensa snnt uela in sinu splēdescētia aureę autē ītextæ sunt ī Tmolo bacchę: & quæcūq; Dionysi ī lydia. ꝙ autem uite: atq; hedera nauis tecta: racemusq; super ipsam pendere uideatur: mirum quidem: Sed longe maiore dignus est admiratione uini fons: quē caua nauis edit: & iam hauritur. Cæterum ad Tyrrhenos reuertamur: donec extāt. Etenim cū Dionysus eos ad insaniam redegerit: delphinorū nundum mari adsuetoꝝ ideæ Tyrrhenos inuadunt: & huic quidē latera cœrulea: huic uero lubrica pectora: at huic pinna e scapulis oritur: hic postrema emittit: & huic quidē caput euanuit: huic uero reliquum: at huic manus liquida: hic pro abeuntibus clamitat pedibus. sed Dionysus de prora hæc ridet: iubetq; Tyrrhenis specie quidem: piscibus ex hominibus: moribus uero probis ꝓ malis. Palæmō igitur paulo post a delphine uehetur: non experrectus: sed supinus sup ipso dormiens. Arion quoq; in Tænaro delphinos hominibus esse socios: cantusq; amicos indicat. Quiq; aduersus piratas pro hoībus: ac musice ut in aciē struant̄. Satyri.

CElænæ quidem locus: quantum ex fontibus: atq; antro colligere licet: sed Marsias abest: aut pascens greges: aut post litem. Ne lauda aquā. Etenim si potabilis: ac tranquilla picta ē: potabiliori occurres Olympo. Ode autē post tibiaꝝ cantum. Mollis est ipē: & ī mollibus

floribus:sudorem hyemis rori cōmiscens. & ipm̄ Zephyrus euocat:comę adspirans. Ipse uero e pectore anhelitum trahens in uentū respirat. Calami iam canētes:ferreaq; instrumenta:quibus tibiæ poliuntur:Olympo adiacent. Satyrorum autem grex quidem ipsius amore captus intētis adulescentulum spectat oculis:rubicūdus ac ridens hic q̄dem pectus attingere appetens: hic uero collo inhærere:at hic osculum aliquid rape, exoptans. Flores etiā inspergūt: & perinde ac statuam adorant. Ipsoꝝ autem sapientissimus alterius calami adhuc tepidi linguam arripiens mādit:sicq; Olympū osculari arbitratur. Ait aūt & spiritū degustasse.

Olympus.

Qui tibias inflas Olympe? quidnā musices in solitudine opus est? Non pastor tibi adest:nō Aepolus: nec nymphis canis: quæ cōcinne ad tibiam saltent. Sed nescio quid passus aqua : quæ in saxo est:gaudes:& in ipsam inspicis:quid ipsius es partices? Etenim neq; tibi resonat:& tibię obsequetur:neq; tibi diē imputamus:quippe q̄ in noctē etiam cantum producere cuperemus.q̄ si pulchritudinem requiris:aquam neglige. Nos enim longe melius quæ tibi insunt : oīa dicere poterimus: oculus quidem tibi uenustus:multi uero ipsius ad tibiam aculei. Supercilium autem ipsum amplectitur: cantuum mentem præseferens. At gena uibrari uidetur:& ut ad cantum salire. Spiritus uero q̄ in tibia sit:nullam faciei partem tumidā reddit. Coma nec ociosa:nec ut in adulescētulo urbano pinguis iacet:sed præ ariditate quidem excitatur:nihil uero ariditatis prebet in acuta ac recenti pinu:pulchra enim corona : & quæ formosos deceat. Flores autem uirginibus nascātur : seq; ip̄os mulierculis ruborem efficiant. Pectora tibi non modo spi-

ritu:sed & musica cogitatione: cantuũq; cõsideratione esse referta contendo. Hucusq; te effingit aqua in ipsam e saxo innuentem:ꝙ si stantem effingeret:non utiq; formosa quæ sub pectore sunt:ostendisset:aquarum enim imitationes in superficie sunt:ꝙ longitudines in ipsis cõsideant : ꝙ autem tua immundetur atq; alluatur umbra : hoc & Tibiæ fontẽ afflanti : & pictori ascribatur: per quem & tu tibia canis: & tibia spirat:fonsq; in saxo consistit.

Midas.

DOrmit satyrus. Quare sumissa circa ipsum loquamur uoce : ne excitetur: & quæ spectantur.disipet. Midas ipsum ĩ Phrygia uino cepit : circa hos:ut uides:montes fontem uino miscens : in quo iacet iter dormiẽdum uino scaturiens.Satyrorum autem dulcis quidẽ uehementia:cum saltant:suauis comitas cum rident : & qui generosi sunt:amant:Lydasq; blanditijs atq; arte ad se trehũt. Ipsorum illud quoq; est:duri pinguntur:ac sanguinẽ puri: aures copiosi:caui clunes:omnia elati:& ad postrema equi. Midæ autem præda hæc.pictus est quidem ut illi : sed præ uino dormit:anhelitum ut ex ebrietate trahens : & facilius ab ipso fons:q̃ ab alio calix:bibitur. Nymphæ uero saltãt: Satyrum ꝙ dormiat : conuitijs insectantes. q̃ delitiosus ac mollis ẽ Midas:q̃ segnis:mitrę:ac cincinni studiosus. Thyrsum:inauratamq; gestat uestem:ecce & aures magnas:præ quibus suaues apparentes oculi somnolenti uidẽtur:& uoluptatem ad langorem traducunt. Sũmo pictura innuente studio hæc iam enũciata esse:calamoq; hominibus tradita: terraq; andiuit minime continente.

Narcissus.

FOns quidem Narcissum refert: pictura uero & fontē: & Narcissi omnia. Adulescētulus nuper omissa uenatione fonti imminet: quandam ex ip̄o capiens uoluptatē: suiq; ipsius amore captus. In aquā autem (ut uides: fulgurat. Acheloi igit̃: ac Nympharꝝ antrū: picta sunt autem: ut decet: uili nāq; & arte: & lapide confectæ statuæ. Hinc ē: ꝙ partim q̄dē uetustate cōtrita sunt: partim bubulcorꝝ ac pastorū liberi īfantes: ac deū ignorātes cōsciderūt. & ne fons quidē bacchici expers numinis: utpote quē Dionysus in baccharū gratiā edidit. Itaq; uite atq; hedera: pulchrisq; redimitus est pampinis: & racemorū est particeps. Vnde Thyrsi: libereq; circa ip̄m sapiētes cōcinunt aues: ut cuiusq; harmonia: candidiq; flores: qui nunq̄ antea fuerāt: sed adulescētuli causa oriunt̃: iuxta fontem editi sunt. Cū aūt pictura ueritatē plurimi faciat: a floribus roris aliquid stillat: super quibus quędā sidit apis: nescio an pictura decepta: an nos decipi oporteat: ꝙ ueram esse apem: nec pictā credamus. Sed esto. Te quidem adulescentulū non aliqua decepit pictura: nec coloribus aut ceræ intentus liquescis: cæterum cum te aqua expresserit: qualē ip̄am uidisti fontis fraudem: nec nosti arguere: nec nuere: & a specie te auertere: & manum submouere: & non in eodem consistere. Tu uero haud secus ac si alteri occurrisses: quæ illinc sunt: expectas. Postea te fons ut fabula utetur. Hic igit̃ nihil qcq̄ a nobis audit: sed ipsis & auribus: & oculis aquæ inhæret: nos uero ipsum: ut pictus est: exponamus: erectus alternis insistit pedibus: manum fixa ad sinistram hasta sustinens. At dextera ad nates circūducta ē: ut ab sinistræ partis īclinationem: & ipsas eleuet: & clunium extātium formā efficiat. Ostēdit autē manus aerem quidem: ubi curuatur cubitus:

rugas uero ubi brachiale torquetur:umbrãq; in uola cõsi-
dentem prebet. Obliqui autẽ sunt umbræ radij:ob digyto
rum in interiorẽ partẽ cõtractionẽ. Qui autẽ in pectore est
anhelitus:an uenãtis adhuc sit:an iam amãtis ignoro. Ocu
lus tamen amore captum satis indicat. Ipsi nãq; innatũ ter
rorem:ac fœditatem insidens mitigat desideriũ. Putat autẽ
forte & redamari: umbra ipsum inspiciente:ut a se diligit̃.
Multa & super coma dici potuissent:si uenanti occurrisse-
mus. Infiniti enim ipsius ĩ cursu motus: & multo magis cũ
aliquo afflatur uento. Assequetur autem & nũc rationem.
Ipsa enim densa & æque atq; aurea existente:partim quidẽ
collũ ad se trahit: partim uero ab auribus secernitur : pars
in fronte agitat̃ :pars barbæ adfluit. Uterq; autẽ Narcissus
parem sibi inuicem ostendunt speciem: præterq̃ ꝙ hic qui-
dem ad aerẽ situs est:hic uero subijt fontem : stanti etenim
aquæ adulescentulus instat:quin immo in ipsum intentæ:
& ut pulchritudinem sitienti.

Hyacinthus.

HYacinthum lege:scripta nãq; est: & ĩ pulchri adu
lescentuli gratiã se genitam fatetur:& uerno ipm̃
luget tempore. Cum ortum (ut puto) ab ipo iam
defuncto cœperit. Nec te hoc differat pratũ : hic
enim orta est:qualis ex humo pullulauit. Dicit autẽ pictu-
ra hyacinthinam esse adulescentulo comã : uiuũq; sangui-
nem a terra absorptum ad aliquam sui similitudinem florẽ
colorasse:nam ex ipso fluit capite:cum in ipsum discus inci
derit:magnus quidem error:nec in Apollinem fide dignus
dicitur. Postea uero q̃ non fabularũ sophistæ uenimus:nec
ad non credendum parati:sed pictaꝝ tãtũ reꝝ spectatores :
picturam perscrutemur: & ĩ primis disci carceres. Carceres

aggerati sunt:parui: & qui rini stãti sufficiãt: qui posterius ac dexterꝝ crus sustinẽtes ꝓna reddũt anteriora:ꝗ cruribus alterꝝ eleuãtes:quod ut cum dextera exiliat: ac progrediatˀ oportet. Discum autem sustinentis habitus hic est. Caput reclinare: & usq; adeo ad dexteras partes flectere oportet: ut latera despiciat:& tanq̃ euellentẽ totis dexteris partibus impellẽtibus iaculari. & Apollo sic quodam modo discum iecit:neq; enim aliter emisisset. Postq̃ autem ĩ adulescẽtulũ discus incidit: hic quidem super ipso iacet disco: laconicus adulescentulus: & tibias rectus:cursuq; exercitatus:ac brachium iam suscitans:ossiumq; pulchritudinem ostendens. Apollo uero auersatus ẽ:adhuc carceribus insistẽs: terrãq; despicit. Obriguisse ipm̃ dices:tanto est affectus stupore. Rudis sane Zephyrus:qui & ipsi inuiderit:& in adulescẽtulũ discum ĩmiserit:& hæc uento ridicula uidentur:speculãq; habẽs cauillatur. Vides enim (puto) ipm̃ alatis scapulis:specieq; molli. Omniũ præterea florum coronã gestat: paulopost & Hyacinthũ ipsis contexturus.

Andrij.

VIni fluxus in Andro ĩsula: & flumine ebrij facti Andrij ratio sunt picturæ. Andrijs enim ex Dionyso uinosa scinditˀ tellus:fluuiũq; ipsis edit. Haud magnum quidem:si aquam consideraueris:sin uinũ: magnus: ac diuinus fluuius. Licet enim ut qui ex hoc hauserit, Nilũ atq; Istrũ cõtemnat:ac despiciat:deq; ipsis dicat:illos quoq; uideri potuisse meliores:si modici quidẽ, sed tales fluerent. & (ut puto) hedera, ac smilace redimiti hæc cum puellis, ac pueris canunt, hi quidem in utraq; ripa saltãtes, hi uero humi proiecti, illa quoq; cantus esse partem par est crederˀ, Acheloum.s.calamum, Peneum, Tempe, Pactolum flores

Hic autem fluuius potentes circa ea quæ in foro sunt reddit: & opulentos: & amicorum studiosos: pulchrosq́: & ex paruis ad quatuor cubitorũ magnitudinẽ. Licet enĩ ipsius saturo: ac repleto: hæc colligere: atq́ in mẽtem ĩducere. Canunt præterea q̇ hic fluuiorũ solus nec bubulcis: nec equis accessibilis est: sed miscetur quidẽ a Dionyso: potatur uero integer atq́ incorruptus solis fluens hominibus. Hæc q̃dẽ: audire existima: non nullis ista canentibus: ac præ uino balbutientibus. Quæ autem in pictura cernuntur hæc sunt. fluuius quidem ĩ racemorũ stratio iacet: fontem emittẽs: incorruptus ac specie uigens. Thyrsi uero ipsi agnati: ut aq̃s calami. Terram autem: & quæ in ea sunt symposia. hæc trãseunti ad ostia statim occurrẽtes Tritones uinum cochleis hauriunt: & ipsius partim bibunt: partim eflant: non nulli de Tritonibus ebrii saltãt. Nauigat & Dionysus ad Andri bacchanalia: iamq́ ĩ portum adducta est nauis: Satyros autem promiscue lenæosq́ ac silenos ducit: nec non & risum & [illegible] hilarissimos ac bibacissimos dæmones: ut q̃ suauis sine fluuio fruatur.

Mercurii fœtus.

HIc qui admodum puer: & adhuc ĩ fasciis boues in terræ hiatum agitat: quiq́ Apollini sagittas surripit: Mercurius ẽ. Per q̃ suauia sunt dei furta. Mercuriũ enim ferũt cũ Maia genitus est: furãdi amore captum idq́ optime nouisse. Quod nõ inopia adactus: sed uoluptatis ludendiq́ causa faciebat: q̇ si uolueris ipsius uestigiũ p̄spicere: quæ in pictura sunt: cõtẽplare. In Olympi quidem uertice circa ipsam deorũ sedem paritur: illic: ut Homerus ait: nec imbres sentiuntur: nec uenti audiuntur: nec ulla nix ob excessum: ac sublimitatem cadit. Sed plane

diuinus est: omnibusq; illis liber morbis: quorũ hominum montes sunt participes. Hic genitum Mercuriũ Horæ excipiunt. Pinxit & illas: ut cuiusq; pulchritudo: fasciisq; ipsum inuoluunt: florum pulcherrimos inspergentes: ut insignes assequatur fascias. & hæc quidem ad Mercurii matrem in lecto iacentem cõuertunt. Hic uero clam e fasciis egressus iam incedit: deq; Olympo descẽdit. Mons autẽ ipo oblectatur: ipsius enim risus ut hominis est. Cõsidera aũt Olympũ ꝑpterea gaudentẽ: q illic sit Mercurius genitus. Quodnã igitur furtũ? Boues in Olympi radicibus pascentes: has inquam aureis insignes cornibus: ac supra niuem candidas: Apollini nãq; dicatæ sunt. In terræ hiatum pellens agit: nõ ut pereãt: sed ut unum lateant diem: donec hoc Apollinem mordeat. & perinde ac facinoris minime particeps fascias subit. Apollo quoq; ad Maiam: proficiscit: boues repetens. Ipsa uero haud fidem prestat: deũq; nugari arbitratur. Vis percipere quidnam dicat? uidetur enim non uocis tantum: uerum & sermonis aliquid facie indicare. Videtur apud Maiam hæc dicturus. Iniuria me tuus afficit filius: quem heri peperisti. Boues enim quibus oblectabar: in terrã immisit: nescio quo terrarum: perdetur: & ipsis bobus iferius trudetur. Hæc uero admiratur: nec orationẽ admittit. Ipis adhuc iter se concertãtibus. post Apollinis terga stat Mercurius: scapulisq; leuiter: isiliens absq; ullo strepitu arcum soluit: surripiensq; latuit: non tamen furatus ignoratur: hic pictoris est sapientia. Diffundit enim Apollinem: ac gaudẽtem facit. Nam is modus datus est risui: ut faciei isideat: irã superante uoluptate.

Amphiaraus.

Igæ:nam quadrigæ:nundũ Heroibus: præter q̃ ala
b cri Hectori in uſu erant: Amphiaraũ Thebis rece-
dentem ferunt:cum tellus ei diſceſſiſſe dicitur:ut in
Attica uaticinaretur:ueraq; daret reſponſa ſapiens inter pe
nitus ſapientes. Ex ſeptem his: qui Polynici Thebano im-
perium adquirebant: nullus præter Adraſtũ atq; Amphia
raum reuerſus eſt. Reliquos Cadmea detinuit. alij quidem
haſtis:lapidibus:ſecuribuſq; interẽpti ſunt:Sed Capaneus
fulmine ictus perhibetur: cum ipſe prior Iouem arrogãtia
inſolentiaq; percuſſiſſet : Cæterum hi alterius ſunt curæ:
Iubet autem pictura in unum reſpicere Amphiaraum cũ
ipſis coronis:ac lauro fugientem:& candidi ſunt equi:& ro
tarum uertigo celeritatis plena:& equorum e totis naribus
erumpit anhelitus. Spuma autem terra diſperſa eſt. & iuba
reclinatur. At ſudore madefactis equis tenuis inhæret pul-
uis:deformiores quidem: uerum ueriores eos reddens. Cæ
terum Amphiaraus reliquis munitus armis: ſolã neglexit
galeam : Apollini caput dicans:ſacrum ac uaticum intuẽs.
Pingit autem & Oropum flauium inter glaucas iuuenem
mulierculas:hæ autẽ ſunt maria. Pingit & Amphiarai ora-
culum ſacrum ac diuinum antrum. Ibi & ueritas niueis in-
duta ueſtibus. Ibi & ſomniorũ porta:ſomno nãq; his opus
eſt:qui illic reſponſa petunt:& ſomnus ipſe reſoluta pictus
ſpecie : candidãq; ſuper nigra ueſtẽ habet:quod(ut puto)
diem ipſius ac noctem ĩdicat. Cornu quoq; manibus tenet:
ut pote inſomnia per ueram reducens.

Suum uenationes.

NE præterite nos o uenatores: neue equos adhorta-
mini:priuſq̃ inueſtigemus quod uultis : quodq; in-
ueſtigatis. Vos enim aprũ dicitis exoptare : & feræ

opera intueor:nam oleas effodit:uites abscidit:& neq; ficũ: neq; malum : nec malifloram reliquit:sed cuncta ex humo euellit:hæc quidem effodiens:in hæc uero incidens:alia uero atterens : uideo autem ipsum & setis horrentẽ & ignem uibrantibus oculis intuentem: & ipsius in uos strident dentes o generosi : nam huiusmodi feræ eo sunt ingenio:ut a q̃ maximo etiam interuallo strepitus exaudiãt. Ego quidem uos illius adulescentuli formã aucupantes ab ipso iam captos reor:uelleq; pro ipõ periclitari. Quid enim tam ꝓpe? & quid attingentes? Quid in ipm cõuersi estis? Cur equis trudimini? Quale passus sum. Seductus a pictura, haud pictos eos esse existimans:sed & uiuere:& moueri:atq; amare. Obiurgo igitur ut audientes : meq; aliquid contra exauditurum puto. Tu uero ne tantulum quidem me aberrantem curans quicq̃ dixisti,æque atq; ego uictus,nec habens quo pacto me a fraude,& ab eo,qui ĩ ipã erat, sopore ꝓhiberes. Consideremus igitur quæ picta sunt. Picturæ enim adsistimus. Circũiecti utiq; sunt adulescentulo honesti iuuenes,& honesta exercẽtes perinde atq; patricij.& hic quidem luctæ aliquid facie indicat:hic uero ueneris:ille urbanitatis, hunc de libro caput sustulisse dices. Ferunt autem ipõs equi inter se dissimiles. Est cãdidus quidam,& flauus: & niger, & phœniceus. Argenteis omnes exornati frenis, aureisq; ac uario colore distinctis habenis. Aiunt enim barbaros ĩ Oceano habitantes istos colores æri infundere ignito, hos uero coire ac lapidescere, & quæ picta sint seruare. Nec ueste aut habitu congruũt. Hic quidem expeditus ac leuis equitat, strenuus(puto)iaculator existens,hic uero munitus atq; armatus est pectus,feræ palæstram quandam minitans,septus est & crura.Cæterum adulescẽtulus equo

quidem uehitur niueo:nigrũ uero: ut uides:ẽ equo caput. Candidusq; fronti impressus est orbis: lunæ plenitudinem referens. Habet & aurea phalera: & cocci medici frenum. Hic enim color aurum illustrat ut ardẽtes lapilli. Indumẽtum adulescentulo est chlamys:uenti aliquid: ac sinus habens. Color quidem ex phœnicea purpura: quam laudant Phœnices. Purpurarum autem maxime diligatur:cũ enim obscurari uideatur:pulchritudinem quãdam a sole trahit: & ides herbæ flore inspergitur. Ipse autem coram præsentibus se denudare erubescens:manicata: ac purpurea indutus est ueste. Tunica autem ad fœmoris ac cubiti dimidiũ terminatur & ridet & iucundum intuetur. Ita comam nutrit: ut ne cum uento quidem perturbatur: oculos tegat. Forte aliquis & malam laude prosequetur:nasiq; modum: singulasq; pariter faciei partes. Ego uero fastum suspicio: etenim ut uenator ualet: ab equoq; extollitur. & se amari intelligit. Sarcinas autem ipsis ferunt muli: ac muliones: peda.s.& retia:& uenabula:iaculaq; & hastas cuspide præfixas:canum quoq; ductores: ac speculatores sequuntur: & canum gentes:non modo quænarium præsagio:uel pernicitate cæteris præstant: uerum & generosæ:ac strenuæ: nã & robore in feram opus erat. Ecce pingit locridas: lacænas:Indicas: Creticas. has quidem superbas: ac latrantes: has uero prudentes: quæ & insequuntur: & ad uestigium inhiant.& Dianam progredientes canent. Ipsius enim templum illic erectum est: statuaq; præ uetustate leuis. Apro[illegible] atq; ursorum capita. Pascuntur autem ipsi dicatæ [illegible] Hinuli:lupiq;:& lepores: cicures omnes: hominesq; [illegible]imentes. Post preces uenationem aggredientur. [illegible] sed e sylua exilit:statimq; in equi-

tes incidit : & ipos quidem repentino impetu perturbat:su peratur uero petentibus. Lætifera quidem haud assequen tibus:& quod se aduersus plagas muniret:& a perturbatis peteretur:mollita autem ac languida in fœmoris superficie contracto uulnere per syluam fugit : ꝓfunda autem ipsam excipit palus : & ad paludem lacus. Insequuntur igitur feræ cursum clamore prementes:cæteri quidem usq; ad palu dem:adulescentulus uero cum fera lacum ingreditur:& hi quatuor canes:& fera quidem equũ cupit uulnerare : Adu lescentulus uero ab equo ad dexteram declinans tota ma nu iaculatur : aprumq; petit:qua maxime humeris collum adnectitur. Inde canes quidem suẽ ad terrã deducunt: ama tores uero de ripa certatim clamitantes : alius alium clamo re supare contendit. Quidam etiam ex equo cecidit : cum pturbatum cohiber̃ nequaq̃ posset. Est & qui ex prato ĩ pa lude existente ipsi coronam texit. Adhuc in lacu adulescen tulus:adhuc eo habitu:quo in feram iaculum misit. Hi ue ro obstupuerunt:& idem ut pictum est spectant.

Perseus.

CErte hoc non est mare rubrum : nec Indi hæc : sed Aethiopes: & grçcus uir in Aethiopia:& uiri certa men:qd amoris causa sponte subijt: puto te o puer de Perseo audiuisse:quem athlanticum in Aethiopia occi disse cetum ferunt:pedestri in greges atq; homines itinere impetũ faciẽtẽ. Hæc igit̃ pictor̃ laudãte : Andromedãq; ꝙ ceto exposita fuerit:miserãte:certamini finis ĩpositus est.& cetus ꝓ littor̃ eiectus ẽ:sanguinis fontibus scaturiẽs:a qbus mar̃ effici/ rubrum. Andromadam autem Cupido uinclis soluit. Pictus autem est alatus quidem de more : iuuenis uero præter solitum. Anhelans præterea pictus ẽ:& ut qui

laborauerit. Nam Perseus priusq̃ opus aggrederetur, Cupidini preces fudit, ut & adesset, & aduersus feram conuolaret, Hic & græcum exaudiuit, & accessit. At puella suauis quidem, q̃ in Aethiopia cādida, ob formam uero ipsam suauior. Vinceret utiq; mollitię lydam, grauitate Atticam: fortitudine lacænam. Est autem pro tēpore exornata: etenī diffidere uidetur, & cum stupore gaudere. Perseū præterea aspicit, risum quēdam iam in ipsum mittēs. Hic uero haud procul a puella in dulci atq; odorata iacet herba, sudorem in terram fundens, terribili deposita Gorgone, ne occurrētes populi in lapidem conuertātur. Multi autem sunt pastores, qui ut & accipiat & fruatur, lac ac uinum offerūt. Suaues ac iucundi in externo, ac peregrino colore Aethiopes: & horrendum ridentes, gaudiumq; præseferentes, & plurimi sibi inuicem similes. At Perseus hæc quidem admittit, sinistro uero cubito se ipsum firmans pectus extēdit: præq; anhelatione spiritu repletus puellā aspicit, purpureā dans uento clamidem, sanguinisq; guttis inspersam, quas fera in certamine ī ipsum ꝓfuderat. Valeant Pelopidæ præ Persei humero: pulchro nāq; existenti: ac sanguinolento laboris aliquid infusum est, & tumefactæ sunt uenæ, hoc ipsas tumore operiēte, cum anhelitus habundauerit. Multa quoq; a puella adipiscitur.

Pelops.

STola mollis, habitus ex lydia, & adulescentulus in pria lanugine, Neptunusq; adulescentulo arridēs, equisq; ipsum oblectans, Lydum indicant Pelopē propterea ad mare ꝓficiscentem, ut aduersus Oenomaum Neptuno supplicet, quia Oenomaus ipsum in generū minime admittit, sed Hippodamiæ amore captos interficiens

procor̃

porcorũ exuuijs exultat.& ad supplicãtem Pelopem au-
reus e mari accedit currus. Terrestres sunt equi: & qui axe
sicco, leuiq; ungula Aegæum percurrant. Certamen igitur
bene Pelopi succedet: sed nos pictoris certamen explore-
mus. neq; enim modici est (ut puto) laboris quatuor iũge
re equos: nec singula ĩporũ crura cõfundere: sed factũ ĩpis
cũ lenitate imponere: constituereq; hunc quidem in eo: ut
minime uelle cõsistere uideatur: hunc uero: ut cupiat exul-
tare: istum: ut obsequatur. Hic Pelopis pulchritudine læta
tur. & æque ipsi latæ sunt nares: atq; hinnienti. Illud quoq;
ad sapientiam pertinet. Neptunus adulescentulum amat:
Lebetemq; ac Clotho ĩ eius memoriã reducit. Pelopsq; hu
mero uidet̃ coruscar̃. & a nuptijs quidẽ haud quaq̃ dehor
tatur: quandoquidem appetiuit: alioqui uero manum attin
gere contẽtus: Pelopis dexteram tenet: quæ ad cursum spe
ctant ipsi obijciens. Ipse uero superbum: atq; opulentũ spi-
rat. & supercilium cũ equis. sed dulce atq; elatum intuetur
q; cum tiara incedat. ex qua ut aureæ stillæ coma defluens
fronti adæquatur: & cum lanugine floret. & huc atq; illuc
recidens in cõposito manet. Nates: & pectora: & quæcunq;
de nudo Pelope dici possent: tegit pictura. Lydi nãq; & su-
periores barbari intra huiusmodi uestes pulchritudinẽ in-
cludentes talibus illustrãtur pannis: cum a natura illustra-
ri liceat. & reliqua quidẽ obscura: atq; ĩtus: eam uero uestis
partem: ubi sinester humerus: ars neglexit: ne ipsius splen-
dor tegeret̃. Nox enim occupat: & humero adulescẽtulus
haud secus ac nox hespero illustratur.

Xenia. 31

PVlchrum autem est & ficus legere: & ne has quidẽ
silentio præterire: ficus inquam nigras succo stillã
tes. Aceruatæ quidem sunt ĩ uitis folijs: pictæ uero

cum corticis ramis. & pars quidem hiant:melle scaturientes:pars uero a tempore perinde atq; scissę sunt. Iuxta ipsas autem ramus proiectus est:per iouē non ociosus: fructuue inanis:sed ficus inumbrat:partim quidem crudas:& adhuc grossos: partim uero rugosas:atq; exoletas. Hæ autē modice appertæ sunt:succi florem ostendentes:quę uero in summo sunt ramo passer perfodit:que utiq; ficuum suauissimę uidentur. Nucibus autem totum instratum est pauimentū: quarum aliæ quidem putamine exclusæ sunt: aliæ uero ī sunt hiantes: non nullæ scissuram indicant. At & pyra in pyris: specta:& poma sup pomis:ipsorūq; aceruos ac decadas odorata omnia:atq; inaurata. Qui autem ipsis inest rubor: nō impositum sed intus editum dices. Cerasi autem hæc munera: fructus quidam hic racematim in calatho. Calathus autem non alienis:sed ipsius plantæ cōtextus ē uiminibus. Ad palmitum autem contextus: ac coniunctiones: si bis ex ipsis suspēsas cernis uuas: & ut singuli extāt acini:hymnis celebrabis Dionysū: ut noui: & o uenerāda racemifera:de uite inquies. Diceres utiq; racemos pictura ipsa esui esse:ac uinolentos. Illud quoq; suauissimum:in Cradæ folijs recēs mel:iam tempori cedens: & ad redundandū atq; effluendū oportunū si quis exprimeret. & caseus ī altero folio nuper coactus:& palpitās: & lactis crateres non modo niuei:uerū etiam splendidi:præ pinguedine nāq; supernatante splēdescere uidetur.

Philostrati imaginū liber secundus.

Venerem eburneam ī mollibus Myrtetis molles canūt puellæ. Sapiēs ipas nec exoleta ducit magistra. Nā primis rugis quædam inest pulchritudo: Senectam quidē uenerabilem adferens:huic uero quod reliquū

est uigoris imiscens. & Veneris quidem figura uerecūdiæ nuda: ac formosa. Materia uero compositio est compacti eboris. At dea minime uult uideri picta: itaq; extat: ut capi posse uideatur. Visne aliquid de ara dicamus: satis enim thuris casiæq; ac myrrhæ habet. Videtur autem mihi & saphus aliquid respirare. Laudanda est igitur picturæ sapientia. Primū quidem dilectos circūponēs lapides: nō a coloribus eos: sed a lumine imitata est: ipsis peride atq; oculo certū: splendorem addēs: deinde ꝙ ut hymnū audiamus prebet. Canunt enim puellæ: canunt: & magistra discordātem respicit: manus pulsans: & ad concinitatem affatim reducens. Stolæ enim modus: & qui minime eis impedimento esset: si luderent: uel ad cutem Zona: uel ad brachium tunica: aut ꝙ pedum nudatione letentur in molli stantes herba: frigusq; e rore captantes: pratumq; quod uestes circuit: & qui in eis sunt colores: & ꝙ alius alium interdicet mirum: īmodum expressa sunt. Nam qui ea minime pingunt: quæ contingere solent: in picturis mentiuntur. Virginum autē formas si Paridi: aut alij cuipiā iudici cōmitteremus: mihi utiq; in proferenda sententia dubitaturus uidetur: usq; adeo inter se pulchritudine certant. Roseæ ulnas: nigræ oculos: pulchræ malas: & dulciloquæ Saphus utiq; hoc dulce alloquium. Adcinit autem ipsis Cupido: arcus brachium reclinans: cuius neruus omnes refert harmonias: & quæ lyræ insunt: habere fatetur. celeresq; sunt dei oculi: rhythmum quempiam (puto) excogitantes. Quid igitur canit? Pictum est enim & odes aliquid. Venerem e mari genitam cœli influxu ferunt: & quo quidem insularum appulsa sit: nondum dicunt: dicent autem (ut puto: Paphum. Natiuitatem autem satis canunt: suspicientes qdem

e cœlo genitam indicant:manus uero supinas submouẽtes q̃ e pelago orta sit:ostendunt. Ipsarum autem risus placidi est maris indicium.

Achillis alimenta.

Innuli: & lepus hæ præsentis Achillis sunt prædæ.

h Qui uero in Troia:ciuitates:equos:& uiroꝝ capiet ordines.& flumina cum ipso pugnabunt: ea fluere minime ꝑmittente:& illoꝝ quidem opeꝝ premiũ Briseida: & illas ex Lesbo septem:aurũq;:& tripodas: & obsequẽtes græcos præmium accipiet. Quæ uero apud Chironẽ fiũt: pomis uidentur: ac fauis digna: & amas o Achilles parua munera:ciuitates: Agamemnonisq; affinitatẽ tunc asperna turus.Qui igitur in aggere:quiq; solo clamore troianos in fugam uertit: & qui conuersim interficit:Scamandri aquã rubram reddens:equiq; ĩmortales:& Hectoris tractus:& q̃ ĩ Patrocli pectoribus fremit ab Homero scriptus est. Ipm̃ præterea canentem:ac supplicantem:& sub uno cũ Priamo existentem tecto scribit.Hunc autem nundum uirtutis capacem: Sed adhuc puerum:lacte:ac medulla allens Chirõ pingendum tradidit:mollem:atq; elatum:& iam leuem:recta enim est puero tibia: ad genu uero manus:probæ enim hę sũt:cursus duces:comaq; suauis:neq; ĩmobilis:uidet̃.n. alludẽs Zephyrus ipsam transponere:ac ꝑturbare:ut huc atq; illuc recidẽte alias alius sit puer.Superciliũq;:& iracũda elatio inest quidem iam puero:sed benigno eam aspectu hilaraq; placat gena mollis quid risus promittente. Chlamys autem: qua indutus est:a matre(ut puto)pulchra.n. ac purpurea: a ceruleo colore diuersa. Adulatione autem quadam eum: ut leonem: excitat Chiron ad lepores: atq; hinnulos capiendos. Hinnulo igitur nuper capto ad Chi-

ronem uenit:præmiaq; exigit. Ipe uero rogatus gaudet:an teriores q; flectens pedes æqualem se facit puero : pulchra atq; odorata ei ex sinu porrigens poma . Etenim hoc quoq; ipsorum uidetur pictum.& fauum ob fertile apum pabulū guttas effundentem manu porrigit.Cum enim bonas assecutæ herbas impleantur:ingentes redduntur faui: melleq; scaturiunt ipōrum cellæ.Chiron autem pictus quidem est ut Centaurus : cæterum equum homini committere nihil mirum : couiungere tamen:atq; unire:& utrisq; finem atq; initium ita distribuere:ut:si quis hominis terminum quærat:id oculos effigiat:periti(ut puto)est pictoris.& q; mansueti uideantur Chironis mores:præstat id quidem & iustitia:& q; ab ea prudētiam consequatur:efficit uero & cithara:a qua musica repletus est harmonia.Nunc autem & blādimenti aliquid ipsi inest:cum hoc pueros placare:magis q̄ lac nutrire:Chiron minime ignoret. Hec quidē circa antri fores.Qui uero in campo est puer:equitantis more in Cētauro ludens.hidem rursus: docet Chiron Achillem equitare:ipōq; ut equo uti: & ad pueri quidem ætatem:ac uires cursum metirur ꝛei uero psægaudio rideuti conuersus : ac respiciens arridet:& tantum non dicit : ecce tibi exulto impercussus:tuaq; causa me ipm exhortor. Equus utiq; acer: ut risum auferat:diligenter autem a me diuine puer equitādi artem edoctus:huiusmodiq; decens equū: ueheris quando q; a Xantho & Balio:& multas quidem capies ciuitates: multos uero interficies uiros:currens ut fugientes assequaris.Hæc Chiron puero uaticinatur: pulchra quidē ac boni ominis:& non qualia apud Homerum Xanthus.

Centaurides.i.Centaurorū filiæ.

TV quidem Centauridum gregem e quercubus: ac ſaxis genitum arbitrabaris: uel ꝑ ioue ex equabus ſolum: quas Ixionis equum inire ferunt: a quo Centauri cōpacti coierũt. His uero & mr̃es ex eodē gñre erant: mulieres iam: & puli infantium ſpecie: & domus ſuauiſſima: non enim te pelio triſtari reor: & qui in eo eſt uictu: fraxiniq; planta: quæ a uentis educata & recta eſt: & in cuſpide minime frangitur. & pulcherrima antra: & fontes: & quæ apud ipſos ſunt Centaurides: ſi equorum quidem obliuiſceremur: ut Naiades: ſin uero cum equis eas cõſideraremus: ut Amazones. Nam muliebris formæ mollities inualeſcit equo ſimul conſpecto. Centauri iſti infantes: quorum alij in faſcijs iacent: alij e faſcijs latenter exeunt: alij flere uidentur: hi uero bene agunt: mammaq; ubertim fluente rident: hi ſub matribus infantium more ludunt: hi matres ipſas genibus flexis ſeſe ſubmittentes amplectuntur: ſed hic in matrem lapidem iacit: contumelia iam afficiens: & infantium quidem forma nondum euidens: affluente ipſi lacte: qui uero iam ſaltitant: aſperitatis etiam aliquid præſeferunt. Ipſis autem iuba iam futura exiſtit: & ungulæ adhuc molles: q̃ pulchræ in equis quoq; Centaurides: nam hæ quidē candidis agnatæ ſunt equabus: hæ uero flauis adnexę: has uero uariat quidem: ab ipſis uero reſplendeſcit quale in equorum cura exoritur. & nigræ equæ niuea Centauris: & inter ſe maxime contrarij colores ad pulchritudinis compoſitionem conſentiunt.

Hippolytus.

FEra quidem Theſei: ingruit uero Hippolyti equis: ſpecie tauri candidi inſtar delphinorum. Venit aũt in aduleſcentulũ: nullo iure. A Phædra etenim no-

uerca falsa in ipsum composita oratiõe: q̃.s. ab Hippolyto amaretur: cum ipsa eius amore capta esset: Theseus decipitur: & quæ cernuntur: filio imprecatus est. Vides tu quidẽ ut equi iugum detrectantes iubam tollunt: neq; exultat ut illustres: ac prudentes: sed metu ac formidine attoniti. Campum autem spuma inspergentes: hic quidem in feram conuersus est fugiẽs: hic uero in ipam resultauit: at iste suspicit illi in mare impetus: ut pote sui ipsius: Ac telluris oblito: rectis autẽ naribus acutum hinniunt: nisi picturam obaudis. Currus autem rotæ: hæc quidem luxata est radios: q̃ in eã inclinatus sit currus: hæc uero axem relinquens per se fertur: uertigine adhuc eam circũagente. Perterrefacti sunt & comitum equi: & hos quidem excutiunt: hos uero angẽtes aliquo iam ferunt. Tu autem adulescentule modestiæ studiose iniqua quidem a nouerca: passus es: iniquiora uero a patre passus es. Quare conquesta ẽ & pictura poeticum quẽdam luctum tua causa componens. Speculæ enim istæ per quas cum Diana uenabaris: mulierum specie scinduntur genas: prata autem egregia adulescentulorum forma: quæ immortalia nominabas: causa tua flacescunt flores. Nymphæ tuæ nutrices ex hisce fontibus emersæ comas scindunt, e papillis aquam fundentes. Tibi autem nec fortitudo, nec brachium sucurrerunt, sed membrorum partim tibi dilaniata sunt: partim contrita. Polluta est autem coma & pectus quidem spirat adhuc: ut pote non dimittens animam, oculus uero uulnerata circũspicit. O pulchritudinẽ: q̃ uulnerari non potuit. Nam ne nunc quidem adulescentulũ deserit, sed & uulneribus uenustatis aliquid cõcedit.

Rhodogune.

ET sanguis una cũ ære:ac purpureis uestibus:ornamenti aliquid castris addit: picturæq; uenustatem qui alius aliter ceciderunt:equiq; stupore quodam insaniẽtes:& fluminis aqua præter solitum polluta:in quo hæc. Captiui autem:& ipsoꝝ causa Tropæum: Rhodogune:ac per sæ Harmenios superant:fœdera transgredientes: Cum Rhodogune ea celeritate uictoriam assecuta dicatur ut ne ad dexteram quidem comam resumendam sibi morã concesserit:qua minime congruebat:& sibi placet uictoriæ causa:& intelligit fore: ut ob opus illud ipsa apud posteros celebreť:tam cithera:q̃ tibiis:ubicũq; fuerint greci. Appicta est ei nicæa equa nigra:cui ad candida crura: niuea sunt pectora:& spiritus: e candidis naribus: & frons: in exacto orbe. Lapillos igitur:ac monilia: omnemq; deliciosum mũdum equo concessit Rhodogune: ut exultaret:frenumq; deliciose exereret. Omnia autẽ prẹter ipius formã coccina splendent ueste:in suaui quidem Zona, & ad genu uestem metiente:suaui uero & Anaxiride: picturas a radio prebẽte Eam autem uestis partẽ: quæ ab humero ad cubitũ tendit: distantes nectunt fibulæ. Vlna uicissim: ubi ninculum:exstante:humerus uero deprimitur: & habitus nõdum Amazonis. Clypei quoq; modum mirari oportet:& qui pectori satis sit: picturæq; uim hic exquirere. Clypei nãq; lorum transgrediens sinistra: cuspidem tenet: clypeum a pectore seiungens. Clypei autem circũferentia recta existente: spectantur quidem et exteriora:ubi non aurea hæc:sed ueluti aĩalia:interiora uero:et ubi manus purpurea: illustrat aũt ista cubitus:mihi intelligeř uideris o puer:quæ ei inest pulchritudinem:uelleq; super hac aliquid audiř. Audi igitur. Libat qdem: q; Harmenios in fugam uerterit:et cogitatio

est supplicãtis:

eſt ſupplicantis, precatur autem uiros capere, quos nunc cœpit, neq; enim mihi uidetur eo eſſe deſiderio, ut ametur, & ea quidem crinium pars, quæ compta, ac compoſita eſt, uerecũdia ſuperbiam cohorcente exornata eſt. Quæ uero remiſſa eſt, ac ſoluta ipſam excitat, ac ualidam reddit, & id comæ, quod ſolutum eſt, flauũ ac ſupra aurũ. Quod uero in altera parte poſitum: habet neſcio quid & in ipſam diffe rens ꝙ compoſitum ſit. Supercilia propterea uenuſta quidem: ꝙ cum naſo pariter & incipiant: & oriantur. Venuſtiora uero ꝙ circũacta ſint: oportet enim ut ipſa nõ modo oculis proiecta ſint: ſed & circumiecta. At gena excipit quidem oculorum deſiderium hilaritate uero lætificat. Riſus enim ſtudium in gena maxime: & oculi miſti quidẽ ſunt e fuluo ĩ atrum. Præſtant uero ab occaſione quidem hilaritatem: a natura uero pulchritudinẽ. Ab imperij dignitate faſtum. Os autem molle: fructuq; ueneree refertum: oſculatu qdẽ ſuauiſſimum: pollicitatu uero difficile. Cæterũ o puer aduerte quæ tibi percepiſſe ſatis eſt. Labra florida: atq; æqualia: os modeſtum: tropæoq; preces accinens: ꝙ ſi auſcultare uoluerimus: græce fortaſſe loquetur.

Arrhichio athleta.

AD ipſa uениſti olympia: & ad eoꝝ: quæ in olympia ſunt: pulcherrimũ: hoc enim uirorũ Pancratium: coronatur autem ob ipſum Arrhichio: qui in uictoria deceſſit: & ipm̃ hic Hellanodices coronat. Appelletur autem uerus: & ꝙ ueri curam ſuſceperit: & ꝙ ut illi pictus ſit. & tellus in ſimplici ualle: tantũq;: quantum cernis: contineute: ſtadium præbet. & Alphei fluxus leuis elabitur: propterea q; fluminũ ſolus ĩ maris ſuperficie fluitat: oleaſtriq; circa ipſum cerulea ſpecie pullulãt. Pulchri: ac iuxta apioꝝ

densitatem. Sed hæc multaq; alia post stadium considerabimus Arrhichiōis aūt opus: priusq̄ desinat: cōsideremus. Videtur enim nō aduersariū modo: uerum & uniuersos superasse græcos. Clamitant igitur e sedibus exilientes. & hi quidem manus excutiunt: hi uero uestem: isti tolluntur humo: at illi hilares cum proximis luctantur. Quæ.n. ita terribilia atq; horrenda sunt: spectatoribus: ut se in eodem cōtineant statu: minime concedunt. Alioqui quis adeo omni est sensu priuatus: ut non athletæ applaudat. Nam cum bis iam olympia uicisse ei magnū fuerit: multo hoc nūc maius ꝙ uita etiam hæc assecutus cum ipso puluere ad beatorum sedem mittitur. Ne casus existimetur hoc. Sapientissime nāq; ante uictoriam excogitatum fuerat: & certamen haud ignorabis. Qui pancratio se exercent: o puer: periclitanti utuntur lucta: opus est enim ipsis & resupinationum: quæ luctanti tutæ minimæ sunt. & complexionum: in quibus ut cadentem uincere oportet. Opus est autem ipsis & arte: ut alias aliter aduersarium angāt. Hi qdem & pedis malleolo luctantur: & manum torquent: cum interea & feriant: & insultent. Hæc sunt pancratiastæ opera: præterq̄ ꝙ & mordent: & fodiunt. Lacedæmonij autem & hæc lege santiunt: se (ut puto) ad prælia exercentes. At Elea certamina hæc quidem auferunt: angere uero aduersarium laudāt. Vnde aduersarius Arrhichionem medium complexus interficere decreuerat. & cubitum quidem gutturi opposuit: spiritum ei intercludens. Crura uero inguinibus admouens: extremosq; pedes: extremosq; pedes ad utrunq; poplitem implicans: suffocatione quidem eum præuenit: somnolenta inde morte sensibus ingruente. Remissa autem crurum usus intentione: Arrhichionis cogitationem haud quaq̄

præoccupauit: excutiens enim Arrhichio pedis plantam: a qua dextera sibi periclitabatur: suspenso iam poplite: illum quidem ut non amplius aduersarium inguine sustinet sinistris uero insidens supremãq; pedis partem poplite includens præ uiolenta ad exteriora conuersione talum in malleolo permanere haud quaq̃ permittit. Anima namq; e corpore exiens ipsum quidem reddit imbecille: uim uero: ac robur prebet in quodcunq; incubuerit. Pictusq; est autem mortuo quidem similis qui necuit: manuq; q; defecerit indicans. Arrhichio uero ut uincentes pictus est. Etenim sanguis in flore ac proprio est colore: & sudor adhuc sincerus: & ridet ut uiuentes cum uictoriam sentiunt.

Antilochus.

ACHillem Antilochi amore captum suspicatus es (puto) apud Homerum. Cum grecorum omniũ natu minimum Antilochum: uideas: & auri semitalẽtum: quo in certamine ab Achille donatus est: cogites: & nunciat Achilli iacere Patroclum. Solamine unã cum nũcio à Menelao excogitato: Achille ad delitias suas respiciente. & luget in dilecti mœrore: & manus ne se ipsum occidat: continet. At Achilles & tangente gaudet (ut puto) & lachrymãte. Hæc autem Homeri sunt picturæ. Pictoris uero argumentũ. Memnon ex Aethiopia profectus antilochũ ꝓ patre in acie dimicãtem interficit: & Achiuos terror quidam percellit. Nam ante Memnonis aduentum fabula homines nigri. Cum autem Achiui corpus recepissent. Lugent antilochum atridæ: & qui ex Ithaca oriundus: & Tydei filius: & Cognomines. Euidens autẽ est: Ithacensis quidem se ueritate quadam ac uigilãtia: Menelaus uero lenitate: at Agamemnon diuina quadam maiestate: Sed Tydei

filium libertas exprimit: dignosceres prӕterea Telamoniũ a terribili: Locrensem a prompto: & exercitus circũstans adulescentulum luget affixis autem pauimẽto hastis alternis insistunt pedibus: hastisq; innituntur: admonentes plurimi: & capita dolore grauata. Achillẽ ne a coma discerne: hoc enim amisit post Patroclum interfectum: sed species ipsum indicet: ac magnitudo: & ꝙ minime comam nutriat. Luget aũt Antilochi pectoribus ĩcũbẽs: & rogũ (ut puto) ei pollicetur: quӕq; ad ipsum pertinent. & arma fortasse: ac Memnonis caput: reddere nãq; & Memnonẽ: ut & Hectorẽ: quo ne in his quidem Antilochus Patroclo minora asse queretur. Ipse uero in Aethiopũ exercitu acer ac terribilis adstat hastam tenens: leonisq; pelle indutus: Achilliq; arridens. Consideremus igitur & Antilochum: pubescit quidẽ supra lanuginẽ: flaua uero sese effert coma: & leuis est tibia & modestum ad cursus facilitatem corpus: & sanguis ut in ebore color uiget. Cuspide eius pectori incidente. Iacet aũt adulescẽtulus nec tristis: nec ut mortuo assimiles: clarusq; ac ridens: nam lӕtitiam: quam ex seruato conceperat patre: in facie gerens Antilochus cuspide ꝑcussus interijt: & uultum anima reliquit: non ut doluit: sed ut lӕtitia obtinuit.

Meles.

QVod ad Enipeum quidẽ pertinet: & ꝙ Tyro aquã diligeret: ab Homero dictum est: dicit autẽ & a Neptuno fraudem: & undӕ colorem: sub qua cubile: hic uero sermo alius: non ex Thessalia: sed ionicus. Amat Critheis in Ionia Meletem: is autem ephebo similis est: & a spectatore totus cernitur: illinc erũpens unde oritur: bibit autẽ minime sitiens: & aquam haurit: et obstrepentẽ ꝑinde atq; loquẽtem affatur: uenereasq; in aquam fundit lachry-

mas. et fluuius (redamat enim) ipsarum gaudet mixtione. Venustas igitur picturæ Meles ipse: i croco ac loto ꝑiectus et Hyacintho: gaudens floris ætate: et delitiosam ac iuuenilem prebens speciem: et non insipientem. Diceres utiq; Meletis oculos poeticum quid meditari: pulchrum in ipso est: ꝙ haud uehemẽtes edit fontes: ut rudes atq; imperitos amnes pingere mos est. Sed sũmis terram radens digytis: aquæ nullo strepitu scaturiẽti manum subdit. & hic nobis: ut Critheidi aqua cernitur: & assidet insomnio ut aiunt. Cæterum non somnium hæc o Critheis: nec amorem hunc in aqua scribis. Tui nãq; amore captus ẽ fluuius: plane noui: thalamũq; aliquem uobis machinatur: undam tollens: sub qua cubile erit. Sin autem minime credis: thalami quoq; artem tibi enarrabo. Tenuis aura undam subiens conuexum ipsum: circularemq; ac floridum efficit. Nã aduersus solis fulgor suspense colorem adhibet aquæ. Quid me appræhendis puer? Cur nõ permittis: ut picturę reliqua tibi ꝑcurram? Si uis Critheida quoq; describamus. Quandoquidẽ gaudere inquis: cum de ipsa sermo ĩmoretur. Dicatur igit̃. Delitiosa quidem ipsi ẽ forma: & admodum Ionica: pudor autem formam decet. & genæ hic satis est color: coma autẽ sub aurem quidem contracta est: purpurea uero uitta exornatur: Nereidis donum siue Naidis uitã esse arbitror. Credibile nãq; est deas iuxta Meletem haud procul ab ostijs fontes habentem una choreas ducere. Adeo autem dulce quid: ac simplex intuetur: ut ne præ lachrymis quidem lenitatem mutet. & collum propterea & suauius: ꝙ ornamentis caret. Torques enim lapillorumq; fulgores: ac monillia mediocri quidem forma præditas mulieres non obscure illustrant. & per iouem pulchritudinis non nihil ipsis ad fe-

runt. Turpibus uero:& ſane q̃ pulchris aduerſantur. Illas enim arguunt:arguunt: ab his detrahunt:manus cõſideremus. Molles digyti:& oblõgi:& circa ulnã candidi. Vides autem et ulnam:q̃ ſub candida ueſte candidior uideatur:et papillæ rectæ ſplendeſcunt. Quidnã huc muſæ? Quid ad Meletis fontes? Cum atheniẽſes Ionicas colonias ducerẽt: Muſę claſſis duces fuere:ſum apum ſpecie. Ionia namq; ob Meletem gaudebat: ut pote qui et Cephiſſo: et olmeo ſit potu ſuauior. Ipſis igitur hic choreas ducentibus:quãdoq; occurres. Nunc uero Muſæ parcis ita iubẽtibus: Homero ortum nent. et per filiũ Meles Peneo quidem dabit:ut argẽteis uorticibus ſit Titareſo ut leuis: atq; agilis: Enipeo ut diuinus: Axio pulcherrimus:dabit et Xantho ut a Ioue: et Oceano ut ex ipſo omnes.

Panthia. 41

PAnthia formoſa a Xenophonte quidem ab affectu ſcripta eſt. Quia.s. Araſpan minime ſe dignũ cenſebat: nec a Cyro flectebatur: & comunem ſibi cũ Abradate ſepulchrum cupiebat. Qualis uero eſſet coma: & quãtum ſupciliũ:& quale ĩtueretur:& quo eſſet ore nõdum Xenophon dixit. Licet in circũſcribendis his acerrimus eſſet:ſed uir ad ſcribẽdam quidem hiſtoriam ineptus: ad pinguẽdũ uero aptiſſimus:cũ Pãthie haud quaq̃ occurriſſet: Xenophontẽ uero eſſet allocutus: Panthiã qualẽ aio coniecit: pigit. Mœnia o puer:& ĩcẽſas domos:& pulchras Lydas: Perſis iſta agenda:ac rapienda omittamus: quicqd eſt quod capi poſſit:& Crœſſum:in quem pyra:nõ ipſi Xenophõti tantũ omittamus:ne quaq̃ igitur nouit pictor: uel Cyro cõcedit. Cæter abradaten:q ipſius cauſa mortuã Pãthiam:poſteaq̃ hæc innuit pictura: qualeq; ſit argumẽtum cõſideremus. Mutuo hi ſe amore proſequebãtur:& ea ſuũ

ipsius mundum arma uiro faciebat. Pugnabat autem ipse q̃ Cyro aduersus Crœsum ex cursu: qui cum quatuor haberet temones: octo equis trahebatur: iuuẽis adhuc: ac molli barba: quãdo & poetæ nouellas arbores e terra decidentes miserabiles arbitrant̃. Vulnera q̃dẽ o puer: qualia ab ensiferis. Trucidatio enĩ ex huiusmodi fit prelij consuetudine. Sãguine autem recenti existente pars quidẽ arma: pars uero ipsum polluit: nõ nihil & cono inspersum est. Is utiq; ex aurea galea hycintinus extat: ipsum illustrans au℞. Honeste igitur & hæc arma tumulo imponuntur: cum nec ipsa deturpauerit: nec ĩ prælio àbiecerit. Cyrus præterea & alia q̃ plurima tam Assiria q̃ Lydia uiro strenuo adfert munera & in curru auream harenam: ex minime signatis Crœsi thesauris. Cæterum Panthia nondum satis apta tumulum munera assecutũ arbitratur: nisi ipsa quoq; abradatæ tumulo addatur. Ense autem adeo strenue iam pectus transfixit: ut ne genitum quidem in uulnere emiserit. Itaq; os suã ipsius symetriam retinens iacet. & per iouẽ pulchritudinẽ: cuius flos quidam ita inest labris: ut in ipsa etiam defuncta: appareat: nondum suspendit ensem: sed adhuc ipsum capulo cõtinens inhæret. Fusti autem aureo smaragdinos babẽti ramos assimilatur: sed suauiores digiti. Nihil namq; formæ præ dolore mutauit. Quippe quæ ne dolore quidem affici: sed læta decessisse uidetur: q̃ sponte moriatur. Decedit enim non ut Protesilai uxor his redimita: quibus baccharum more agitata sit: nec ut Capanei: quæ ut ex sacrificio sublata est. Sed minime exornatam pulchritudinem: & ut Abradate adhuc uiuente fuerat: seruat: atq; abducit. Comam quidem sic atram ac densam humeris: & ceruici circũfundens: collũ uero niueum ostendẽs: quod

lacerauit quidem:non ita tamen ut deturpauerit. Vnguiũ etenim uestigia q̃ picta sint longe suauiora. Qui autẽ malis inerat rubor:ne defunctam quidem deserit: quem & pulchritudo:& uerecundia exhibent. Ecce & nares contractæ modum: ac basim naso efficiũt: cuius ut falcati rami nigra: sub fronte candida exstãt supercilia. Oculos autem o puer non a magnitudine:nec ꝙ nigri sint: Sed quantũ insit mentis contemplemur. & per Iouẽ quot animi bona hauserint: miserandũ quidem affecti:suo tamen nitore nondũ priuati: & audentes quidem: intra considerationem uero magis: q̃ audatiam. & qui licet mortem intelligant: nondum tamen decesserint. Cupidinis autem pedisequum desiderium usq; adeo ẽ oculis ĩfusum:ut euidẽtissime ex ipsis effluat. Cupido quoq; in operis historia pictus est:nec nõ & lydia:aureo (ut cernis) sanguinẽ excipiẽs sinu.

Cassandra.

q Vi in alia alius Andromis parte iacent:& uino commistus sanguis: quiq; ad mensas animam eflant: & Crater uiri calce petitus:qui iuxta ip̃m palpitat:puellaq; uates: ut stola indicat:Clytemnestra securim:quæ in ipsam incidet:intuens: Agamemnonem e Troia redeũtem hoc pacto excipit:usq; adeo ebrium:ut tantum aggredi facinus Aegistus minime ueritus sit. At Clytemnestra peplo nullum arte quadam exitum habente Agamemnone implicito:ancipitem hanc securim: qua & magnæ cæduntur arbores:in ipsum misit. tepidaq; adhuc securi Priami filiam: quæ Agamemnoni formosissima uidebatur:& nemini credita præcinebat oracula:ĩterficit:ꝙ si hæc o puer ut Drama consideremus: magna in paruo tragice deplorata sunt:sin ut picturam:plura in ipsis intueberis. Nam aduerte: faces hæ prælucebãt:hæc enim noctu forte agebant̃: at crateres

illi potum

illi potum ſuggerebãt:quorum aurei igne clariores. Mẽſæ uero opſonijs refertæ:quibus heroes reges ueſcebantur:& horum ſingula incompoſite nulloq; ordine ſita ſunt: cõuiuis nãq; morientibus:hæc quidẽ calcibus deiecta ſunt:hæc uero contrita:illa in ipſis iacent:& calices:quorum nõnulli cruore repleti : e manibus excidunt : & morientium robur nullum : nam temulenti ſunt defunctorũ autem habitus : hic quidẽ exciſus eſt guttur:cibi aliquid : potuſue hauriẽs: hic uero abſciſſus ẽ caput:crateri incumbens. At iſte abraſus eſt manũ poculũ ferentem. Ille e toro excidens mẽſam attrahit:alius ĩ caput atq; humeros iacet: poetaq; utiq; diceret Cymbachus:hic morti minime credit : hic uero utpote ebrietatis pedicis iniectis fugere nequit. Iacentium autem nullus eſt pallidus:quandoquidem in uino morientes non ita repente color deſerit. Quod autem ſcenæ potiſſimum ac maxime proprium Agamemnon tenet: non in Troianis iacens campis:nec in alicuius Scamãdri ripis: ſed inter adu leſcẽtulos:ac mulierculas bos ad præſepe: hoc ẽ quod poſt labores accidit: quodq; in cœna. Potiora uero & in miſeratione magis propria:quæ Caſandræ euenere:q̃ ipſi cum ſecuri inſtat Clytemneſtra:furibũdũ intuens:ac comas cõcutiẽs: & ulnã aſpera: ipſa uero q̃ delitioſe:atq; ac ἐνθέως habens in Agamemnonẽ incidere appetiuit:a ſe ipſa coronas abijciens:ut ipſum arte contegens. Cæterum ſublata iam ſecuri : illuc reflectit oculos:& miſerabile quid uſq; adeo exclamat:ut & Agamemnon reliquo animæ id audiens miſeratione afficiatur. Hęc enim apud inferos in animarum cõcione ulyſſi memorabit.

NYmphæ Pana inepte ſaltare ferunt: ac præter decorum exultare: ſuperborum hircorum more ſeſe extollentem ac reſilientem. Ipſæ autem ſuauiorem utiq; ſaltationem eum docerent: uerum ipſis mẽtẽ minime adhibentẽ: quin immo inſidiantẽ: ac ſinũ producentẽ: circa meridiem: cum iam omiſſa uenatione dormire dicitur: inuadunt. Dormiebat igitur prius quidem remiſſus ac mitis naſum: & iracundiam ipſius ſomno leniens: hodie uero ſupra modum iraſcitur: ingruentibus enim in ipſum Nymphis: iam quidem Pan poſt tergum uinctus eſt manus: timet & cruribus: ꝙ ipſa capere cupiant. Barba uero: quam plurimi facit: nouaculis in ipſam iniectis abraſa eſt. Echo præterea conſtituiſſe: ipſum deſpicere: nec amplius alloqui ferunt. Nec nymphæ cunctæ. Tu uero populatim eas intuere. Naiades enim e coma guttas reſpergunt: qui uero bubulcis ineſt ſqualor: nihil ẽ rore ſordidior. At quę iubas florent, æque ac Hyacinthini exorti ſunt flores.

Pindarus. 44

APes quoq; ſic exiliter & adfabre pictas tibi eſſe admirationi puto: quaꝝ proboſcis: ac pedes euidẽtiſſime cernuntur: & pennæ: ac ſtolæ color non incõgrue habẽt: cum in ipſis uariãdis ars naturã adæquauerit. Cur igitur non in alueolis ſapientes? Quidnam in urbe: ad Daiphantæ fores uerſantur? Natus iam eſt Pindarus: ut cernis. Componit eum ab infamia pater: ut & & cõcinnus: ac muſicus ſit. & hæc faciunt. Puer enim in lauro ac myrti ramis depoſitus eſt. Coijciente patre ſe ſacrum aſſecuturum filium: unde & cymbala domi obſtrepebãt: & a Rhea tympana exaudiebantur: cum in lucem edebatur. Nymphæ præterea choreas in eius gratiam duxiſſe dicebantur.

Panaq; saltasse: memorabant: quem cum iam Pindarus ad scribendum animum appulisset: choreas neglexisse: quæq; a Pindaro componerentur cecinisse ferunt. Rheæ autẽ statua ad ipsius fores erecta est: quæ esse lapidea uidetur. exasperata hic pictura: & quid aliud q̃ exsculpta rosidas quoq; & ut e fontibus uenientes adducit Nymphas. Sed pan nescio quem rhythmum saltat. Clara namq; ipsi forma: iræq; nullum insidet naso uestigium. Quæ uero intus sunt apes infantem curant: labris mel infundentes: aculeosq;: ne primo conatu puerum lædant: contrahentes. Exhymetto fortasse ueniunt: & de pinguibus sunt iclytisq; ac celebribus: hoc enim ipsas puto Pindaro instillasse.

Aiax locrensis uel Gyræ.

E Pelago extantes petræ: ac circa ip̃as feruens mare: Herosq; horrendum in petras respiciens: factusq; nõ nihil aduersus mare præseferens: Locrensis est Aiax: icta est quidem fulmine sua ipsius nauis: cũ autem ex ea flagrãte exilijsset: aduersus processit undas: has quidem pertransiens: has uero ad se trahens: illas pectore subhauriens. Sed Gyras assecutus (sunt autem Gyræ petræ e sinu Aegeo apparentes: aduersus ip̃os deos superba ac cõtumeliosa iactat uerba. Quare neptunus ip̃e ad Gyras ꝓficiscit̃ terribilis o puer: atq; hyeme plenus: & crines horridus. Atqui una cum Aiace aduersus ilium quãdoq; pugnabat: sed modesto ac dijs parcente: ipsumq; sceptro confirmabat. At nunc postq̃ contumeliose agentem animaduertit: sridẽtem in ipsum gerit: & qui Aiacẽ sustinet: saxi uertex percutiet̃: ut una cum contumelia ipsum excutiat. Picturæ quidẽ hęc est ratio: quod autẽ ꝑspicuũ: cãdidũ utiq; præ undis mare. Cauernosæ uero petræ: q̃ perpetuo alluantur: ueꝝ e media

erumpit ignis naui:in quē spirante uento:nauis haut secus igni:ac uelo utens adhuc currit. Cæterum aiax ut ex ebrietate resipiens pelagus circūspicit:nec nauim:nec terram ꝑspiciens:nec aduētantem Neptunum formidat: sed adhuc intentāti similis. Nondum brachia robur deseruit: & ut in Hectorem:ac Troianos ceruix erigitur. At Neptunus tridentem iniiciens petræ frustum cum ipso abscindet Aiace. Reliquæ uero Gyræ & quādiu mare:ꝑmanebūt:& īmotæ neptuno consistent.

Thessalia.

Picturæ quidem facies Aegypto assimilatur: ipsius uero ratio non Aegyptia (ut puto) sed Thessaloꝝ. Nam iuxta nilum Aegyptiorum tellus: at Peneus Thessalis terram habitare minime olim permittebat: cum montes latissimos campos circūuallarent:fluuiusq; nondū dato exitu allueret. Neptunus igitur tridente scindet montes:portasq; flumini efficiet:huic enim nunc operi instat: ut & q̄primum expediat:& campos patefaciat. & sublata qdē est ad scindendum manus: montes uero priusq̄ percutiuntur:quantum flumini satis sit:distant. Arte autē ipsa id perspicue exprimēte: neptuni dextera pariter & cōtracta sunt: & proiecta:uulnusq; non manu:sed corpoꝛ minant̄. Pictus est autē non cæruleus nec marinus:sed terrestris. Quocirca & cāpos amplectitur: gaudetq;: ꝙ & planos:& latos: ut æquora uideat. & fluuius iactabundus: cubitoq; adnixus: (neq; enim fluminibus ut erigantur: mos est) Titaresium ut leuem:ac potu suauiorem admittit:discedensq; neptuno se e campis efluxurum fatetur:& iam residēte aqua Thessalia oleis:ac spicis exornata:pulumq; attingens exurgit. Nā equos quoq; ipsa a neptuno tunc assequetur: cū dormiētis

dei genitale semen ad concipiẽdum equũ tellus exceperit.

Glaucus marinus.

CVm Bosporũ : ac Symplegadas Argo pertrãsierit: medium iam scindit põti fluxũ. & canens Orpheus placat mare. Hoc autem audit: cantuq; põtus substernitur. Cæterum qui naui uehũtur castor est: & Pollux: atq; Hercules: Aeacidæq; ac Boreadæ: & quicquid semidei prouentus florebat. Carina autem naui inserta est arbor uetustissima: qua iupiter in Dodone ad oracula utebatur. Nauigationis autem intentio hæc. Inaurata uetusti arietis pellis apud Colchos sita est. qui Hellen una cum phryxo per aerem uexisse fertur. Hanc ut capiat: sibi o puer: Iason certamen facit. Draco enim quidam horrẽdum intuens: somniq; negligẽs custos hac inuolutus est. Vnde naui imperat: quandoquidem nauigationis causa ad ipsum pertinet. & Tiphys quidem o puer gubernat: hic autem hominum primus artem minime tẽtatam aggressus dicitur. At Apharei filius Angeus: ꝙ & a maximo peruideret interuallo: & in profundum despiceret mare: proræ adhibitus: & primus latentia sentiebat saxa: primusq; apparẽtem salutabat terrã: uerum nunc & angei aspectus mihi phasmatis occursationem obstupuisse uidetur: a quo & quiquaginta argonautæ remigationem continentes. Hercules quidem monstro intrepidus permãet: ut pote qui huiusmodi ꝗ plurimis occurrerit. Reliqui uero (ut puto) hoc mirũ esse aliquid dicunt. Glaucus enĩ marinus ab ipsis cernit᷑. Is priscã Anthedona quondam habitasse: quandãq; in mari herbam gustasse dicitur. Cæteꝝ undis correptus ad piscium sedes delatus est. Magnum igitur quid: ut par est: uaticinatur: est enim artis peritissimus. Ipsius autem species hæc est. Liquidi quidem

ipsi sunt barbæ cirri: uisu uero candidi:ut aquæ ductus:at comæ cincini graues:quicqd maris hauserunt:in humeros fundunt densa supercilia:& ut unum se inuicem contingẽtia. Heu brachium: q̃ in ipsum mare exercitum est: undis ꝑpetuo ĩcidens:ipsasq; ad natationem leuigans:heu pectora, q̃ ipis inspersa est lanugo:bryis ac fucariis algis referta. Venter subiacet mutatus:ac iam euanescens. Reliquo aũt corpore piscem ipsum esse posteriora sublata: & ad lumbũ reflexa indicant. At ipsorum orbiculatio purpureũ habet colorem. Circumuolant autem ipsum & Alcyones: simul quidẽ mortalium res canentes: ex quibus ipsæq; & Glacus trãsformati sunt:simul uero Orpheo suum ĩpar indicãtes cantum:per quem ne mare quidem inconcinne habet.

Palæmon.

QVi in Isthmo sacra facit populus:esset utiq; ex Corintho: & hic ipsius populi rex:Sisyphum eũ arbitremur. Neptuni autem hoc est templum: sensim quid mari adstrepens: pinuum enim comæ hoc canunt: talia o puer Ino e terra excidens significat: quod ad ipsam quidem pertinet: Leucothea erit: & de Nereidum choro: quod uero ad filium. Palæmone ĩfante utetur tellus. Obsequenti autem uectus delphine ei iam appellit:& delphinus dorsa substratus:ne a somno excidat:placidas nullo strepitu perlabens undas: dormientem uehit. Progredienti autẽ ipsi circa Isthmum nescio quid scinditur:ut discedẽte terra ei ex neptuno adytum fiat. Qui pueri oppulsum:& q̄ ei sacrificare oporteat:Sisypho mihi narrare uidetur. Taurum igitur hũc nigrum mactat: quem(ut puto)e Neptuni grege exemit. Sacrificii autem ratio.& sacra faciẽtium uestis: iustaq; o puer: ac iugulatio in Palæmonis orgiis cõdantur.

Venerandus enim : atq; admodum arcanus eſt huiuſce rei ſermo:utpote quem ſapiens conſecrauerit Siſyphus. Oris nāq; habitus iam ipſum ſapientem indicat. Neptuni uero facies ſi Gyras petras:aut Theſſaliæ mōtes ſciſſurus eſſet: horrenda utiq;.& ut percutiens picta eſſet. Melicertē uero ſibi hoſpitem faciens:ut in terra habeat:eo adpulſo ridet:& Iſthmum pectora recluderē: Melicertæq; domū fieri iubet. Iſthmus autem o puer dæmonis quidem facie : atq; humi ſupinus pictus ē:Inter Aegeum uero atq; Adriaticum mare:ut æquoribus cinctus a natura ſitus eſt Cæterꝶ ad ipſius dexteram obliquus eſt aduleſcentulus : ad ſiniſtram uero puellę:maria autem hæc pulchra:ac ſatis tranquilla:telluri Iſthmum demonſtranti adſident.

Inſulæ. 49

VIs o puer ſup his īſulis ut e naui diſſeramus : æque ac ſi uerno eas tempore circūnauigaremus:cū Zephyrus ſua ipſius aura ſpirans hilarꝶ præſtat mare. Sed tu ſpōte terram obliuiſcere: & hæc tibi mare uideantᷣ: neq; concitum:ac cohibens:nec conſtratum:ac tranqllum: ſed nauigabile:ac uentis aflatum.Ecce ingreſſi ſumus:cōcedis enim forte ut pro pede agam : concedo: & nauigemus. Mare quidem(ut cernis)magnum: inſulæ uero in ipō:per Iouem : non Lesbus : nec Imbrus:aut Lemnus: ſed gregales:ac paruæ:uillæ quædam:ac ſtationes: uel per Iouē maris ſtabula. Ipſarum quidem prima tuta eſt : ac præceps & natura munita : uerticem omnia ſpeculanti adtollens neptuno: fluuida & liquida:montaniſq; apes paſcēs floribus: quos & Nereides decerpere par eſt : cum in mari ludunt. ſequentem uero ſupinam: ac feracem piſcatores:atq; agri

colæ una habitant. Comuni autem utũtur foro:hi quidem ex terræ cultu:hi uero e maris præda. At Neptunum hunc agricolam in aratro ac bigis erexerunt:quæ e terra proueniunt: ei adſcribentes:uerum ne admodum terreſtris uideretur:aratro inſerta eſt prora:& ut nauigans terrã proſcindit. Geminæ autem his contiguæ inſulæ: utraq; quondam una fuerant:uerum a pelago in medio ſciſſa: ad fluminis latitudinem diducta eſt: hoc autẽ tibi o puer:ab ipſa pictura cognoſcer̃ licet:inſulę nãq; ſciſſæ partes:ſimiles (ut uides) atq; inter ſe pares:ut potę quæ cauæ extantibus facile cohe rent. Hoc & Europa olim circa Theſſala tempe paſſa eſt. Nam terræ motus illam quoq; montium compagẽ diſpeſcẽtes ſciſſis partibus ſigna impreſſerunt: & lapidũ domus adhuc uiſuntur:quæ a ſe auulſa referũt ſaxa:ſyluaq; quãtã ſciſſis montibus adhæſiſſe credibile eſt: adhuc extat: nam arborum cubilia etiam nunc reſtant. Huiuſmodi igitur inſulæ caſum arbitremur. Pons autem ita a freto impoſitus: ut una uideatur: cuius quidem pontis pars nauigatur:pars uero curribus peruia:uides enim:ut ipſum pertrãſeuntes: & uiatores:& nautæ ſint. Propinquam autẽ iſulam o puer: mirum arbitremur. q̃nis enim iſulæ meatus: ac receſſus ſubiens totam ſuccendit: per quos ut fiſtulas erumpẽs flãma horrendos efficit riuos: e quibus ingẽtes:mariq; undarum inſtar ingruentes ignis excidunt amnes. q; ſi quiſpiã in huiuſmodi re philoſophari uoluerit: inſula aſphalti ac ſulfuris naturam prebens: cum a mari abroſa fuerit:multis accẽditur ſpiritibus: quæ materiam excitant:e mari adtrahens. Cæterum pictura:quæ a poetis canuntur:approbans:inſulæ fabulam adſcribit:Gigantem uidelicet olim huc detruſum: ægreq; morienti uinculi inſtar:impoſitam inſulam: at

ipſum

ipsum nondum cedere, sed sub humo existẽtem resistere:& q adhuc spiret: hũc ignem: cõminari. Hoc autem & in Sicilia Typhonem uelle aiunt:& ĩ hac Italia Enceladũ: quos nondum defunctos: sed perpetuo morientes continentes: aut insulæ urgent: Licet autem tibi o puer ad montis uerticem spectanti haud procul esse a prælio existimare. Quæ enim in ipso cernuntur: iupiter fulmina in gigantem iaculatur: at hic iam deficit quidẽ: uerum telluri adhuc credit: at tellus defessa ẽ: Neptuno eam minime stare permittẽte: Caliginem autem ipsis circũfudit: ut similia factis potius: q̃ quæ nunc fiant: uiderentur: collem autem hunc circumnauigabilem draco habitat: thesauri cuiusdã (puto) custos: qui humo conditus iacet: hæc enim fera auro beneuola:& quicquid auri uiderit: amare: ac fouer̃: dicitur. itaq; pellem apud colchos:& Hesperidum mala: q aurea uiderent̃: duo insomnes continebant dracones: sibiq; ipsis uendicabãt: & Palladis draco: qui adhuc arcem habitat: Atheniensem populum auri causa mihi amare uidetur. Quod illi ĩ cicadas ut capiti ornamento essent transformabant. Cæterum hic ipse etiã draco aureus: caput enim elustro extollit inferiori (ut puto) timens thesauro: hedera autem smilaceq; ac uitibus adumbrata insula se Dionyso dicatam asserit: nunc uero Dionysum abesse: & in continente alicubi bacchari: & quæ hic arcana sunt sileno cõmisisse: Cymbalaq; hæc supina:& aurei euersi crateres:& adhuc tepidæ tibiæ: sed tympana sine strepitu iacẽtia: nebridasq; Zephyrus humo tollere uidetur:& e sex serpentibus: hi quidem Thyrsis implicantur: hi uero præ uino resoluti sunt: ut his dormientibus bacchæ uinciantur:& hi quidem racemi tumescunt: hi uero maturescunt: hi omphaces: hi œnãthe uidentur: uitium

horas disponente Dionyso: ut ppetuo uindemiet. Racemi autem adeo densi atq; affluentes: ut & a saxis suspendātur: & mari immineant. Quare tam marinæ, q̃ terrestres aues fructus decerpunt. Nam Dionysus omnibus præter q̃ noctuæ cōmunem præstat uitem. Solam autem illam a racemis abigit: q mortalibus uinum criminetur. Noctuæ nāq; oua: si comederit puer: perpetua uita uinum oderit: & non modo uinum haud biberet: uerum & temulentos formidaret. Tu uero o puer ea es præditus audentia: ut ne hūc quidem Silenum ebriūq; ac baccham attingentem timeas: ea uero ipsum aspicere dedignatur: Sed Dionysi amore capta ipsum meditatur: atq; animo inscribit absentemq; ītuetur: oculorum enim bacchæ affectus suspensus quidē: uenerea tamen haud caret solicitudine. Cæterum natura hosce mōtes componens insulam effecit arboribus consitam: pinu uidelicet procera: picea: & abiete: quercubusq;: ac cedro. Arbores enim suo ipsarum pictæ sunt more. In qua autem insulæ parte feræ uersantur: aprorum: ac ceruorum uenatores: uestigant: uenabula: in feras tollentes & nō nulli arcus gladios quoq;: ac clauas o puer hi ferunt: qui audentes cominus pugnant. Retia etiam per syluam diducta sunt: hæc quidem ut sinu feram capiant: hæc uero uinciant: illa ut a cursu remouerentur. & ex feris hæ quidem captæ: hæ uero pugnant: illę iaculantem superarunt: totum autem iuuenis brachium efficax. & canes una cum uiris uocē tollūt: ut ipa quoq; Echo uenationi insurgere fateatur. Plātas autem ingentes arboricidæ absumunt incidentes: & hic quidem securim tollit: hic uero impegit: at hic frequentibus ictibus obtusam tenens acuit. Sed iste abietem speculatur: nūquid ex ea nauis malus cōgrue fieri posset cōiectās: hic nouellas

ac rectas arbores ad remigiũ icidit. Rupes aũt & abscissum saxum: mergorũq; populus: & quæ in mediis est auis: tali picta sunt ratione. Mergis homines insidiant̃: nõ p Iouem carnis causa: atra enim ac morbifera: nec esuriẽtibus suauis est ipsorũ caro. Medicis uentrem prebent: quo qui uescuntur: stomacho ualidiore: ac leues fiunt: somnolenti existentes: & qui igni capiantur. Noctu enim ipsis ignis splendorẽ inferũt. At mergi ceyca auem: ut & curator sit: & ante ipos expergiscatur in prædę partem accipiunt. Est autẽ ceyc marina quidem auis: sed frugi: atq; ociosa: & ad capiendum aliquid imbecilla: uerum aduersus somnũ ualidissima: & quæ paululum dormiat: quo fit ut illis oculos locet. Cũ igitur ad cibum euolãt: is quidem domi in saxo moratur: hi uero ad uesperã prædæ decimã adferẽtes reuertunt̃: & circũ uigilãtem: quiq; nũq̃ nisi uolẽtibus ipsis somno opprimatur: dormiunt̃: q; si doli aliqd aduentantis senserit: his qdẽ altũ atq; acutũ clamitat: hi uero ex cõpacto sublati fugiunt: curatorẽ si quãdoq; inter uolandum defecerit: sustinentes: uerũ hic adest: ac mergos circũspicit: qui dum inter aues qdẽ stat: Proteum inter uitulos marinos stãtem refert: dũ uero uigilat Proteum superat. Huc autẽ o puer appulsi sumus: & insulæ quidem nomẽ ignoro: aurea uero a me saltem appelletur: ni temere huiusmodi poetæ appellationem excogitarunt: pulchramq;: atq; omnibus admirabilem. Condita quidem est: quanta paruas suscipiat regias: neq; enim hic quispiam arabit: nec uites colet: fontibus uero scatet: quorum partim liquidos: ac frigidos: partim feruentes edit: est autem adeo fluida: ut & mari undas immittat. Huic igitur undæ feruentes: & ut e lebete uibrati: atq; exilientes fontes suffundunt̃: circum quos hæc sita est insula,

ſontium autem editionis miraculum utrum ſolo imputan-
dum:an mari adſcribēdum ſit:hic Proteus iudicabit : uenit
enim ut ſuper hac re ſuam proferat ſententiam. Cæterum
quæ inſulæ pars condita ſit contemplemur: pulchræ enim
ac præclaræ ciuitatis effigies unius domus amplitudine cō
dita eſt.& regius intus puer educatur: Luſui autem ipſi eſt
ciuitas : nam theatra:quanta ipſum & colluſores hippadas
capiant:condita:hippodromus etiam quidam ſtructus eſt.
Qui catulorum Melitēſiū curſui ſatis ſit.His enim equo-
rum uice utitur:ipſoſq; & ad iugum: & ad currum cōtinet,
moderaturus nunc ſub hiſce ſimiis:quas miniſtros puer ar
bitratur. Hic autē lepus heri(puto)ītroductus purpureo
quidem ut canis:continetur loro: uerum ꝙ uinctus ſit:indi
gnatur:& anterioribus fretus pedibus uincula euadere co-
natur.Pſittacus præterea:& pica:in cōtexta domūcula ſire-
num more in inſula canūt. & hæc quidem quecūq; nouit :
cantat : hic uero quæcunq; percipit.

Cyclops.

QVi ſegetes metunt : quiq; uindemiant : non hæc o
puer ararunt: nec plantarunt:ſed ſpōte nulloq; cul
tu hæc ipis tellus edit.Sunt eni Cyclopes: quibus:
neſcio qua cauſa poetæ terram uolunt quęcūq; gignat: ſpō
te producere. Eos quoq; pecudes paſcēs paſtores reddidit:
quarum lacte pro potu atq; obſonio utuntur. Hi autē non
forum non curiam:non domum norunt.Sed montium ca-
uernas ſibi domos faciunt : ſed alios omitte: Polyphemus
neptuni filius ipſorū ferociſſimus hic habitat: unum qui-
dem ſup unico tendens oculo ſupercilium:lato uero labrū
aſcendens naſo:& haud ſecus ac leones truculentiſſimi:hu
mano ueſcens corpore: At nunc ne uorax ac triſtis uideat̄:

ab huiusmodi abstinet cibo. Galateæ nãq; ad hoc pelagus ludentis amore captus est: de monte ipsam cõtemplans. & ipsa quidem fistula adhuc sub ala quiescit. Est autem ipsi pastoralis cantus: q.s. candida sit: ac contumax: & labrusca suauior: q̃q; hinnulos Galateæ: atq; ursos alat. Hæc autem sub ilice canit: cum neq; ubi oues sibi pascantur: neq; quot sint: neq; ubi tellus sit aspiciat. Quoniam montanus: atq; acerpictus est. Rectam quidẽ ac densam pinus more quatiens iubam: ex uoraci mento serratos exerens dentes: pectusq; ac uentrem: & quod ad unguem tendit: penitus hirsutus. & placidum quidem spectat (ut ait) quia amat: sed ferum adhuc ac toruum intuetur: ut necessitate uictę feræ. Ipsa uero in molli ludit æquore: iunctorum idemq; sentientium delphinorum quadrigas cogens. Tritonis autem filię Galateæ ancillæ regunt ipos: si quid superbe ac contra habenas egerint: cohibentes. Cæterum ipa purpuream ueſtẽ supra caput ad Zephyrum tollit: ut & sibi umbraculum: & currui uelum sit: ex quo splendor quidam ad frontem ac caput tendit: nondum genæ colore suauior. Ipius autem comæ Zephyro minime diffusæ: madidæ enim sunt: & q̃ ut a uento agitari queant: grauiores. Atqui dexter iacet cubitus: brachium inclinans: digytosq; ad molem firmans humerum: & ulnæ undis alluuntur: & mãma extat. & ne fœmen quidem sua caret pulchritudine. Planta autem pedis & quæ cum ipsa desinit uenus in mari picta est: itaq; attingit æquor: ut si currum regeret. Admiratione digni oculi: utpote qui intuendo ultra prospectum tendant: & cũ pelagi longitudine abeant.

Phorbas uel Phlegiæ.

OMnis quidem o puer: Cephissus: Bœotius: & a mu sis minime alienus. Phlegiæ autem barbari iuxta ipsum domũculas ad tempus structas habitant: cũ ciuitates nondum existerent: e pugnantibus aũt hũc quidẽ Apollinem (ut puto) uides: hic contra Phorbas est: quem Phlegye regem crearũt. Quãdoquidem is magnus: ac gẽtis sæuissimus. Sed cum ipso Apollo transitus causa pugnat: ip̃o enim uiam: quæ ad Phocenses: ac Delphos ducit obsidente: nec Pythone quispiam amplius sacra facit: nec pœanas Apollini canit: oĩaq; uaticinia: oracula: tripodisq; sortes derelictæ sunt. A cæteris autẽ Phlegyis seiunctus la trocinia exercet. Hanc enim o puer quercum sibi domũ fecit. & ad eum in hisce regijs iudicandi Phlegye proficiscun tur. Adeũtes autẽ in sacellũ excipiẽs: senes quidẽ ac pueros ad Phlegyarũ rempu. diripiendos ac redimendos mittit: cũ ualidioribus uero pugnat. & hos quidem lucta: hos uero cursu: illos pancratio aut disci iactu superat: abscissaq; capi ta e quercu suspendit. & sub hoc uitam degit cruore. Hæc uero labefacta ramis supensa sunt: & hęc q̃dẽ arida cernis: hęc uero recentia: at hæc ad caluas deuenere: hiant enĩ atq; ululare uidentur uento in ea inspirante. Apollo autem adu lescentulo pugili adsimulatus ad ip̃m huiusmodi uictorijs elatum accedit. & deus quidem o puer comatus pictus est: crinesq; contractus: ut expeditiore pugnet capite. Radij au tem e fronte uibrantur: & risum iræ admistum emittit gena: oculorũq; euidentes iactus una cũ manibus agitant. hę autẽ lora obligarũt: suauiores circa ipsas essent coronæ: sed iam ip̃m pugilatu superauit: dexteræ enim iniectio efficacẽ adhuc ostẽdit manũ: nec habitũ: quo uicerat: soluentẽ. Iam autem Phlegyas iacet: & quantum terræ occupet: poeta

dicet:ad tẽpus autem sibi processit uulnus:sanguisq; haud secus atq; e fonte manat. Crudelis autem ac specie truculẽtus pictus est:ut qui hospites epularetur potius:q̃ interficeret. Qui autem celitus descendit ignis: fulmẽ in quercum defertur. arborem itaq; combusturum: ut eius tamen memoriam non penitus deleat. Locus enim in quo hęc:adhuc o puer quercus capita nuncupatur.

Atlas. 5.

CVm Atlante quoq;: Eurystheo minime iubente: certauit Hercules: ut cœlum ip̃o facilius laturus. Eum namq; incuruatum:atq; oppressum: genuũq; alteri innixum:ac uix consistẽtem cernebat. Se uero & posse cœlum tollere:impositumq; sibi diu sustiner̃ animaduertebat. Hanc tamen ambitionem nusq̃ indicat: Sed Athlantis se laborem dolere:partemq; oneris posse subire ostẽdit. Ipse uero adeo libenter Herculis pollicitationem admisit: ut hæc eum sustinere deprecetur. Pictus autẽ est hic quidẽ defaticatus:ac deficiens:ut & ex manante sudore colligere: & ex trementi brachio percipere licet. Hic uero certamen diligit. Hoc autẽ & oris appetitus:& deposita claua:& certamen exigentes manus indicãt. Cæterum Herculis q̃dem umbræ nulla admiratione dignæ si ad certamẽ inualescũt. Iacentium enim atq; erectorũ habitus facile inumbrantur: & hæc ad amussim effingere:nullam pręsefert sapientiam. Athlantis uero umbræ supra sapientiam. Sic enim consi-dentis:& inuicẽ cõcidũt:& extantiũ nihil cõfundũt:sed lumen præter concaua uentremq; excipientia efficiũt:& pronuẽtem Athlantem uidere contingit:atq; hanelantem sentire. Quę uero ad cœlũ:quod ip̃e fert pertinent, pictũ quidem est quale circa ip̃as steterit umbras. Taurũ autem qui

in cœlo eſt: urſaſq; quales cernuntur cognoſcere licet : nec
non & uentos: picti ſunt enim hi quidẽ inter ſe propinqui:
hi uero ſeiuncti:& his quidem mutua amicitia:hi uero quã
in cœlo habent:contentionem ſeruare uident̃. Itaq; o Her
cules nunc quidem hæc humeris impones. Haud multo ue
ro poſt in cœlo bibens: Hebeſq; formam amplectens cum
ipſis deges. Deorum enim natu minimam ac maximam du
ces:nam per illam & ipſi iuuenes.

Antæus.

PVluis qualis in luctis illis:ad olei fontem:& duorũ
athletarum alter quidem colligans aurem:alter ue
ro leonis pelle humerum ſoluens colleſq; idonei &
columnæ:& cauæ litteræ. Lybia hæc:& Antæus: quẽ terra
edidit:ut hoſpites uiolenta(puto)lederet paleſtra certanti
hæc:& quos circa paleſtram(ut uides)occidit : ſepelienti.
Herculem:qui aurea hæc mala iam cœpit : quiq; aduerſus
Heſperides decantatus eſt : pictura adducit:non ꝙ illas ui-
cerit:ſed draconem admirationi ẽ hercules. & ne flexo qui-
dem(ut aiunt)genu:in ipſa itineris hanelatione ſeſe exuit:
atq; ad luctam parat : oculos in cogitationem quãdam : ac
ueluti luctæ meditationem tendens : ireq; habenas adhi-
buit:ne ipſum a cogitatione abſtrahat. Sed Antæus con-
temnens elatus eſt:ut pote qui aduerſus Herculem:miſe-
rorum filij : & huiuſmodi aliquid : ſeipſum contumelia
corroborans dicere uideatur. ꝙ ſi lucta Herculi curæ fuiſ-
ſet:haud ſecus ac pictus eſt : natus eſſet. Nam fortis : & ut
arte refertus pictus eſt. ob pulchram corporis concinnita-
tem. Eſt & ingens:& ſpecie ſupra hominem. Ineſt ipi & ſan
guinis flos : & uenæ tumidæ:ut pote quas quædam ſubie-
rit ira. Antæum autem o puer(ut puto)formidas: feram

enim refert, latitudinemq; proceritati fere parem pręsefert. & ceruix humeris adnexa, quorum magna pars ad ceruicē tendit. Circũactum ac ueluti torno cōfectum ęque atq; humeri, est & brachium, pectora, ac uēter, hæc maleo ducta, & non recta tibia, sed illiberalis, fortem quidem Antæum norunt, colligatum tamen atq; artis ignarũ. Niger est etiam Antęus, utpote a sole īfectus. Hęc quidem ambobus, quę ad luctam spectant. Ipos autem etiam luctātes intueris, qn immo luctatos: Herculēq; in uictoria: uicit aũt eum e terra tollens: quoniam terra ipsum eleuans atq; erigens cum moueretur: adiuuabat: ambigēs igitur Hercules: quo nam pacto terra uteretur: medium Antæum supra ilia: ubi costæ complectitur: & super fœmore recte imponens: itemq; manus cōnectens: hanelantiq; ac contracto uētri cubitum subijciens spiritum exprimit: acutisq; costis ad epar cōuersis Antæum iugulat. Vides enim hunc quidem lugentem: ac terram q minime succurrat inspicientem. Herculem uero potentem: atq; opere subridentem. Montis uerticem ne temere suspicias: sed deos inde certamen spectare arbitreris. Aurea enī picta est nubes: sub qua (puto) habitant. & Mercurius hic ad Herculem propterea coronaturus accedit: q sibi in palestra respondeat.

Hercules inter Pygmæos.

HErculem in lybia dormientem post Antæum superatum Pygmæi inuadunt: Antæum ulcisci dicentes. Fratres enim esse Antæi nobiles quidam: non athletæ quidem: nec pares: uerũ terrigenæ: & alioqui fortes. Illis autem e terra exeuntibus concitatur arena. Nam æque ac formicæ terram habitant Pygmæi: forumq; reponunt. Nō aliena autē sed peculiaria ꝑprijsq;

manibus culta depaſcuntur. Nam & ſerunt & metũt: Pygmeiſq; bigis præſunt. Securi autem in ſpicas uti dicuntur: ꝙ eas eſſe arbores arbitrentur. Sed o temeritatem in herculem hi: & dormientem ſe interfecturos aſſerunt. At ne uigilantem quidem formidarent. Ipſe uero in molli dormit arena: cum ĩ paleſtra labor eum ſubierit. Totis autem uiribus hanelitum trahit: ſomno affatim repletus. Ipſe quoq; ſomnus ſumpta ſpecie adſtat: magni (puto) faciẽs ꝙ herculem uicerit. Iacet & Antęus. Cęterum ars herculem quidem ſpirantem: ac tepidum: Antæum uero exanimum: atq; aridum pingit: terræq; ipſum relinquit. Pygmeorum autem exercitus herculem circũuallarunt: & una quidem hæc phalanx ſiniſtram petunt manum: hæ uero duæ choortes in dexteram ut ualidiorem caſtra mouent: & ſagittarij: ac funditorꝫ turba pedes obſident: tibiarũ magnitudinẽ admirãtes: ſed qui caput oppugnant: inter quos rex locatus eſt: cum hæc corporis pars ualidiſſima uideatur: ut in arcem machinas impellunt: ignem in comam: in oculos ſarculum: fores ori: ac naribus admouent: ne Hercules cum captum caput fuerit: ſpiret. Hæc quidem circa dormiẽtem. Ecce autem ut erigitur: utq; in diſcrimine ridet: hoſteſq; uniuerſos colligens in leonis pellem cõgerit: & (ut puto) ad Euryſtheum fert.

Hercules furens.

OPpugnate o generoſi Herculem: procedite: at non a reliquo abſtinebit filio: duobus iam proſtratis: atq; e manu coniectantibus: q̃ honeſtum herculi. Magnum quidem ueſtrum eſt certamen: nec his inferius: quæ ipſe ante furorem ſubijt. Verum nihil uereamini a uobis abeſt: dum Argos inſpicit: & Euryſthei filios occidere

arbitratur. Ipſum enim & currum exiſtimantẽ: & ſtimulos in equos ferẽtẽ: Euryſtheiq; domũ diripere minitãtẽ: apud Euripidem audiui. Fraudolenta nãq; eſt inſania: nec facile a præſentibus ad abſentia traducitur. hæc igitur his quidem ſatis. tibi uero tempus iam eſt: ut picturæ animũ adhibeas: Thalamus quidem: in quem impetum fecit: Megaram habet: atq; etiam filium: caniſtra autem: & maluuiæ: & molæ ſalſæ: ſchidæq; ac crater: quæ hercei Iouis ſunt: calcibus diſiecta omnia: & taurus quidem ſtat: hoſtiæ uero tenelli infantes aræ ac leonis pelli proiecti ſunt. Vulnus autẽ accepit hic quidem in gutture: & per molles ſagitta penetrauit fauces: hæc uero ipſi infixa eſt pectori: & ſagittæ cuſpis uertebrarum medium ut plane in latus proiectarum tranſuerberauit. Ipſorum autem genæ madidæ: nec miratus fueris ſi quid lachrymarunt: pueris enim aureæ lachrymæ: paruæq; pariter ac magnæ. Sed uniuerſus ſeruorum populus furentem circũſiſtit herculum: ut bubulci petulãtem taurum: quidam uincire inſidijs parans: alius cohibere contendens: alius clamitans: hic e manibus pendet: hic ſupplantat: at illi inſiliunt. Ipſe uero eorum nihil omnino ſentit: ſed adeuntes reijcit: ac conculcat: multam quidẽ expuẽs ſpumam: rigidum uero ac mirandum ridens: cõtentiſq; in ea: quæ facit: reſpiciens oculis: ſed intuitus mentem in ea abducens: a quibus decipitur. Guttur autem fremit: & ceruix repletur: ac circa ipſam tumeſcunt uenæ: per quas ad captis lætalia tota morbi i latio aſcendit. Dirã autẽ: quę hæc potuit: ſæpe numero in ſcena ſpectaſti: at hic non utiq; ſpectabis: ipſum enim ingreſſa eſt herculem: & per pectus in ipſo medio uerſatur: intus exultãs: cogitationemq; pturbans. Pictura uſq; ad hæc. At poetę obloquũtur: herculẽq;

colligant:& maxime cũ Prometheum ab ipso solutũ dicãt.

Thiodamas.

ASper hic : & per Iouem in aspera tellure. Rhodus enim hæc est insula : cuius asperrima pars Lindij. Solum uuarum quidem ac ficuum ferax:arationi uero ac uehiculis ineptum : hic autẽ rigidus:atqꝫ ĩ cruda senecta constitutus:agricola putetur: si Thiodamã-tem Lindium forte audiuisti : sed o temeritatem : Herculi Thiodamas irascitur:ꝙ aranti sibi adsistens boum alterum iugulat : atqꝫ epulatur huiusmodi cibo admodũ adsuetus. Herculi nãqꝫ apud Pindarum fortassis occurristi: cum sub coroni tectum ꝑfectus ita totum comedit bouẽ : ut ne ossa quidem omittenda duxerit. Ad Thiodamãtem enim circa uesperam profectus ignemqꝫ consecutus:nam & lapides fa cile accenduntur : super prunis bouem assat experiens nũ-quid iam carnes molliantur: & tãtum non accusans ignem ꝙ tardus sit. Quæ ad picturam pertinent eiusmodi sunt: ut ne terræ quidem species despicienda sit. Nam ubicũqꝫ tellus paruam aliquã sui partem arandam dederit : similis est(si recte intelligo)non etiam sterili. At Hercules mẽtis quidem constantiam boui adhibet : suam uero lenitatem Thiodamantis imprecationibus adeo prebet: ut & genam remittat ac relaxet. Cæterũ Thiodamas lapidibus in Her-culẽ utitur:& indumenti modus:doricus:squalorqꝫ comæ: & in facie sordes : & superior pars genu: & brachiũ:quales gratissima tellus suos ipsius athletas reddit: hoc est Hercu lis opus: & Thiodamas hic apud Lindios uenerãdus:unde arator bos herculi ĩmolatur. Auspicantur autem sacra im-precãtes quæcũqꝫ(ut puto)agricola tũc. At hercules gau-det:Lindijsqꝫ execrantibus dat bona.

Abderi exequiæ.

DIomedis equas o puer ne Herculis esse certamen arbitremur:quas nunc & cœpit:& claua contriuit. & ipsarum quidem una iacet : altera uero palpitat: hanc resultare dices:hæc cadit:iubis barbaræ : & ad ungulas hispidæ:& alioqui feræ. At præsepia q̄ humanis mēbris: atq; ossibus referta sunt:qbus Diomedes ad alendas equas utebatur. Ipē quoq; equarū educator equabus ipsis uisu ferocior apud eas cecidit. Cæterum hoc herculi q̄ difficillimum fuisse certamen credendum est:cū amore:cuius iussu ut & multa alia:hoc certamen subijt: tum operis haud exiguo labore. Abderum enim semesum ab equarū faucibus auulsum fert Hercules. Nam tenellum adhuc: atq; Iphito iuniorem discerpserunt. Hoc autem ex reliquijs colligere q̄ facilime licet:pulchræ nāq; adhuc in leonis pelle iacent. Iparum utiq; causa fusæ lachrymæ : & si quid eas amplexatus est:aut conquerens dixit : & uultus grauitas : luctuoso detur:& amatori alij aliud. Columna quoq; pulcherrimo adstās tumulo:aliquem assequatur honorem. Hic autem: non:ut multi: Abdero ciuitatem:ab eius nomine appellandam:condit. Sed certamen in Abderi memoriam constituetur:in quo pugilatu:lucta:pancratio : reliquisq; gymnicis meditationibus:præterq̄ equis certabitur.

Xenia.

LEpus quidem in domūcula: retis ē præda:cruribus autem insidet:anteriores agitans pedes:auresq; arrigens:sed & toto intuetur uisu:nam & post terga respicere:ob suspitionem : metumq; perpetuum cupit. Qui uero aridæ suspensus est quercui: uētreq; sectus:ac per pedes exutus, canis arguit pernicitatē: qui sub quercu sedet:

quiescens:indicansq;:se solum:quæ iuxta leporē sunt:amantes cœpisse. Recēse autem ipsas:decem: totidemq; anseres: nihil opus est tractare: nam totum ipsorū pectus deglabratum est.adipe natricibus auibus illic affluente: q̄ si fermentatos:aut octablomos diligis panes: illi haud procul in profundo canistro: & si quid obsonio indiges:ipsos habes: nā & marathri: & apij: necnon & papaueris participes sunt: quod somni condimentum est. Sin autem mensæ cupidus es:hoc ad cocos differas:tu uero quę minime igne indigēt: ede. Cur igitur maturos non arripis fructus? quorum ex utroq; canistro aceruus hic? Nōne nosti te paulo post haud similes assecuturum? Sed iam rore denudatos. & ne bellaria quidem despicias:si mespila: ac Iouis glandes tibi curæ sunt:quas leuissima planta in acuto:dictuq; absurdo nutrit putamine. Valeat & mel:caricarum præsente massa hac:palathe appellata:uel si quas ita suaues dixeris crustulas. Eā autem propria amplectuntur folia:plathe pulchritudinem præstantia.Puto picturam agri domino xenia hæc referre: ipse uero forte lauat:pramnea siue thasia spectans uina: cū dulce mustum ad mensam bibere liceat.ut ad urbem descēdens uinaceas:atq; apragmosyne oleat:atq; ī ciues eructet.

Mineruæ ortus.

o Bstupescentes dij: ac deæ:cum ipsis prædictum sit: ut ne Nymphæ quidem a cœlo abessent: sed cum ipsis fluminibus:unde oriuntur adessent:Palladem armatam nuper e Iouis capite uulcani machinis erumpētē horrent.q̄ pulchra securis. Nullus autem armorum materiam coijciet:uarios enim ac multiplices suo splendore cœlestis arcus imitantur colores. & uulcanus quonam pacto

deampelliceat ambigere uidetur. Sibi nãq; propterea esca: interijt: q cum ipsa genita sint arma. Iupiter autem cũ uoluptate hanelat: ut qui maximæ utilitatis causa magnum subierint certamen. Filiamq; partu exultans cõtemplatur: nec molestiæ quippiam ex hac re Iunoni: sed haud secus ac si ex se genita esset: gaudet. & iam populi duo e duabus arcibus Athenienses: ac Rhodij terra mariq; Mineruæ sacra faciunt. & homines terrigenæ: hi quidem citra ignem: atq; imperfecta: Atheniensis uero populus igne adhibito ac sacrorum nidore. Pictus est autem funus ut odoratus: & cum nidore ascendens. Quare ut ad sapientiores: riteq; sacrificantes dea profecta est. Rhodijs autem cælitus aurum defluxisse dicitur: domosq; atq; angiportus adimplesse: nubem Ioue in ipsos frangente. q & ipsi Mineruam nouerint. Plutus quoq; dæmon arci præest: pictus autem est: uolucris quidem: ut e nubibus: aureus uero a materia: in qua apparuit pictus est & oculatus: ad eos enim ex prouidentia accessit.

Telæ.

POstq̃ Penelopes telam cantu celebras: optime occurrens picturæ: & tibi quæ ad telam pertinent cũcta habere uidetur: staminibusq; satis intẽta est: & sublicijs flores iacent. & ratius tantum uon resonat: ipsaq; Penelope lachrymas fundit: quibus Homerus niuẽ liquefacit: & quæ texuit soluit. Vide & Arachnen ex proximo texentem: si non & Penelopen: & seres texendo superat: qui tenuissima: nec spectatu facilia contexunt. Infelicis autem domus uestibula hec. Dominis ipsam orbam dices. At aula intus deserta ac destituta uidetur: & ne calumniæ quidem amplius ipsam firmant: ac sustinent: q & concidat:

ac difluat:sed solis est habitãda araneis: solet enim animal silentio:ac solitudine contexere. Aspice & fila. hoc expuentes stamen in pauimentum descenderunt: ipsos autem per illud descendentes: atq; reciproco meatu ascendentes: per aerem uolantes iuxta hesiodum: ac uolare meditãtes pictor ostendit. & angulis adtexunt domos: has quidem latas: has uero concauas: in latis æstatem agunt: in cauis hyemant. Pulchra igitur & hæc pictoris opera: nam & araneum ipm sic tenuiter elaborasse: ac iuxta naturam indicasse: ipsiusq; filum laboriosum ac difficile pinxisse: artificis est prudẽtis: atq; adamussim uera referentis. hic autem nobis tenuissima quoq; contexuit. Ecce quadrãgularis funis ab ipo est angulis circũiectus: ut mali rudens'. Tenuis autem funiculo adplicita est tela: q̃ plurimos exprimens orbes: quorum a primo ad minimũ extensi cõtexuntur laquei: æque atq; orbes inter se distantes: per quos qui in perficiendo adiuuant opere: discurrentes remissa intẽdunt stamina. Verum & texẽdi mercedem assequuntur muscas: si quæ telis implicentur: capientes. Vnde ne prædam quidem ipsorum præteriit: ac neglexit pictor. hæc enim pede: illa suprema tenetur pẽna: ista a capite deuoratur. Palpitant autem atq; agitantur: effugere nitentes: ipam tñ nec confundunt: nec dissoluũt telã.

Antigone.

Thenienses pro cadaueribus bellum suscipientes

a Tydeum quidem: ac Capaneum: & si quis hippomedon: & Parthenopæus: hic sepelient: Polynicem uero Oedipi filium Antigone soror noctu extra muros pgressa sepelit: contra edictum: ne quispiam eum sepeliret: neue humo: quã in seruitutem redigere conubatur: mãdaret. Quæ autem in campo sunt: defuncti sup defunctis: &

equi: ut

equi:ut ceciderunt: & arma ut uiris excidere. & hoc cruore constans cœnum: quo Enyo oblectari ferunt. At sub mœnibus aliorum quidem ducum corpora magna sunt ac supra hominem: Capaneus uero giganti assimilatur. Iuxta namq; magnitudinem Iouis fulmiue petitus comburitur. Polynicem autem illorum instar magnum sustulit Antigone: & ad Eteoclis sepulchrũ sepelit: fratres in reliquũ recõciliare arbitrata. Quid dicemus o puer de picturæ sapientia? Luna enim lucem mittit nondum oculis fidam. Stupore autem referta puella lugere appetit: ualidis fratrem amplectens lacertis: luctum tamen custodũ forte aures formidãs cõprimit. Circũspicereq; oĩa cupiens: fratrem tamen genu in terrã flectens intuetur. Punicæ autem germen sponte natum o puer. nam id in tumulo diras posuisse ferunt. q; si fructum decerpseris: sanguis adhuc efunditur: ignis quoq;: qui dum iuxta celebrantur: accẽditur admirationem affert: neq; enim sibiipsi cõuenit: flãmamue miscet: sed in diuersa conuertitur: tumuliq; disidium indicat.

Euadne.

PYra: & quæ ad ipsam iugulata sunt: & quod in ipsa iacet: maius q̃ ut hominis uideat cadauer: mulierq; sic uehementem in ignem saltum tollens: huiuscemodi de causa o puer picta sunt. Capaneum Argis cognati sepeliunt. A ioue autem Thebis ĩterfectus est: cum iam murum ascendisset. Audisti enim a poetis: ipsum propterea fulmine ictum: q; insolenter in Iouem obloqueretur: & priusq̃ in terram caderet: perijsse. Postq̃ duces: ac reliqui ĩ Cadmea ceciderunt: cum Athenienses ut sepeliãtur euicerint: ꝓpositus est Capaneus: alia quidem habens: quæ Tydeus: Hippomedonq; ac reliqui: hoc uero unũ præter omnes ducesq;

ac reges. Euadne namq; uxor super ipso mori destinauit: neq; ensem aliquem gutturi adfigens: nec laqueo se suspē dens: qualia uirorum causa uxores admiserunt: sed in ipm tendit ignem: nōdum uirum habere arbitrata: nisi & ipam habeat. Tale est igitur: ꝙ Capanei sepulchro additum est. Vxor autem ut qui ad sacra coronas: aurumq; elaborant: quo præclara: diisq; grata sacrificent: sic seipsam exornans: nec miserabile intuens in ignem salit: uocans (ut puto) uirum. Est enim clamitanti similis. Videtur autē mihi caput etiam pro capaneo fulmini potuisse subiicer̄. At cupidines: sui ipsorum opus facientes pyram faculis accendunt: nec ignem polluere ferunt: uerum suauior̄: ac puriore uti: cum pulchre amore usos: eo sepeliant.

Themistocles.

g Ræcus inter barbaros: uir nō inter perditos: ac delitiis deditos: attica indutus ueste: dicit (ut puto) sapienter aliquid: ipsos monēs: atq; a delitiis abducēs. Medi hæc: ac media Babilon: & insigne regium: aurea in pelta aquila: & rex ipse in solio aureo maculis ut pauo distinctus. Pictor minime laudari expetit: si tiaram capitis ornamentū belle unitatus est. uel Calasirim lineam uestē: aut candyn: siue ferarum prodigiosas formas: qualia uariāt ac distingūt barbari. Sed ob aurum laudem assequatur: quod ita pinxit: ut animum oblectet. & in quod coactum: & trāsformatum ē: seruet. & per Iouem ob eunuchorum speciē. & ꝙ aula sit aurea: neq; enim picta uidetur: nam æque ac si exædificata esset: picta ē. Thus præterea & myrrham sentimus: aeris enim simplicitatem ac libertatem sic barbari corrumpunt: hastiferi ac satelites de græco inuicem differant:

obstupescentes: ipsumq; ob res ab eo: gestas admirãtes. Audis enim (puto) Themistoclem Nicoclis filium: post diuinam Salamina: ubi nam in tota græcia seruaretur ambigẽtem: Athenis Babilona uenisse: regiq; disseruisse: quid utilitatis ipso exercitum ducente Xerses assecutus sit. Medorũ autem nihil ipsum percellit: uerum ut in lapide stans confidit. & uox haud quaq̃ nostras: Persarũ more loquente Themistocle: id. n. illic elaborauit. quod si minime credis: aspice ut audientes facilẽ oculis significent intelligentiam: aspice & Themistoclem oris quidem habitu dicentibus similem: oculorum uero cogitatione errabũdum: ꝙ aliena nuperq; percepta loquatur lingua.

Palæstra.

LOcus quidem: Arcadia: & Arcadiæ optimũ: & quo maxime gaudet Iupiter: Olympiam ipsum appellamus. Nũdum autem luctæ præmium: nec luctandi amor: sed erit: Palæstra namq; Mercurij filia nunc in Arcadia luctam adinuenit: & tellus inuento gaudet: quandoquidem bellicum quidem ferrum conciliatum hominibus condetur: Stadia uero castris suauiora uidebuntur: nudiq; certabũt. Certamina quidem: puerili: hi enim elati circa palæstram exultant: alius post alium in ipsam reflexi: essent utiq; terrigenæ: nam puella præ fortitudine: nec cuiq̃ sponte nubere: nec parere asserit. Sũt autẽ inter se certamina natura distincta. Optimũ enim quod luctæ connexũ est. At Palęstrę forma si ephebo assimilet̃, puella erit, Sin puellæ: ephebus uidebitur. Nã & coma non quanta contexat̃, & aspectus; utriq; cõueniens sexui, & supercilium: quod tã

amantes: q̃ luctantes negligat: ait enim ad utranq; gentem ualere: & mãmas ne luctantem quidem quempiam tangere: tantum sibi inesse artis: & ipsæ mãmæ ut in adulescentulo molli: paululum extare uidentur. Fœmineum præterea nihil laudat. Vnde ne ulnis quidem candidis esse cupit: nec Dryadas laudare uidetur: q̄ se ipsas in umbeis dealbēt: sed ut quæ cauam Arcadiam habitat: a sole colorem petit: is uero ut florem aliquem eum inducit: purpureamq; mediocri ide reddit puellam. q̄ autem puella sedeat summã indicat pictoris sapientiam. Plurimæ namq; sedentibus umbræ: & ipsius sessio satis formosa: quod & oleæ ramus in nudo sinu positus efficit. Nam Palæstra hanc plantã diligit: quandoquidem & luctæ succurrit: & ipsa mortales gaudent.

Dodone.

AVrea quidem columba adhuc in quercu: in oraculis sapiens. & respõsa: quæ a Ioue: dat. Iacet autem hæc securis: quam Helus arboricida dicauit: a quo circa Dodonem sunt Heli. Quercui autem suspensæ sunt coronæ: q̄ ut in Pythone tripos: respõsa edat. Proficiscuntur autẽ hic quidẽ aliquid sciscitaturus: hic uero sacrificaturus: & hic thebanus chorus quercum circũsistunt: arboris sapientiam sibi (puto) conciliantes: q̄ aurea illic capta sit auis. At Iouis uates: quos Homerus illotis esse pedibus: humiq; cubare nouit: rudes quidam sunt: nulloq; apparatu degunt: aiunt autem ne parare quidem posse: se ipsis enim Iouem gaudere q̄ obuia quæq; amplectantur. Sacerdotes enim hi: & hic quidem coronandi dominus: hic uero supplicandi: hunc placentas disponere oportet. huic molæ ac canistra sunt curæ: hic aliquid sacrificat: hic alij pellem ui-

ctimæ detrahere minime permittet. Sed hic sunt sacerdotes dodonides: rigida ac sacra specie: nam suffitionibus: ac libaminibus exhalare uidentur: & locus ipse odoratus o puer ac diuina uoce plenus pictus est. æneaq; in ipso Echo colitur: quam (ut puto) ori manum apponentem cernis: quandoquidem ahenum Ioui in Didone dicatum erat: ad multum diei resonans: & donec id apprehēderet quispiam minime silens.

Horæ.

QVod cœli quidem portæ Horis cōmissæ sint: Homerum omittamus scire: atq; habere. Verisimile enim est ipsum horas cōuenisse: cum Aeterem sortitus est. Hoc uero quod summo picturæ studio exp̄ssum ē alij quoq; coniectu facile: Horæ enim corporea specie in terram profectæ: manus contingentes annum uolutant: & tellus sapiens existens belle fert annua omnia. Hyacinthū rosasue ne conculate: non ad uernas dicam horas: nam suauiora sunt: quæ tunc conculcatur. & ab ipsis horis suauius quid spirat. & ne inscendite mollia arua: non ad hiberna dicam. Nam q̄ ab horis conculcentur: spicam edent. Flauæ autem hæ super spicarum comis ambulant: non tamen ut frangant: aut flectant: sed usq; adeo sunt leues: ut ne cum segete quidem cadant: Gratum est nobis uites q̄ autumnales capere fructus uelint: amatis enī horas q̄ uos pulchras: & dulcis uini feraces reddant: Hæc igitur pictura agriculturam præseferunt. Hæ autem Horæ admodum suaues: artisq; mirandæ. Qualisnam est ipsarum cantus: qualis orbis uertigo: & q̄ post nullius terga eē uideamur: cū omnes ueluti saltitent. Sublatum autem brachium comæq; demissæ libertas: feruensq; præ cursu gena: & una salientes

oculi fabulari fortasse aliquid super pictore permittunt. Horis enim saltantibus occurrens ad artem ab ipsis mihi esse compulsus uidetur: diis forte significantibus pictoribus maxime conuenire: ne citra pulchritudinem: ac uenustatem pingant.

LAVS DEO.

¶ Impressum Mediolani per Io. de Castelliono
Anno Dñi. M.D.XXI. Mensis Augusti.

Tabula Iconum Philostrati

Scamander	a 2	f°
Comus	a 3	
Fabulae	a 4	
Menoeceus	a 4	
Nilus	a 4	f°
Amores	a 5	
Memnon	a 6	f°
Neptunus et Amymone	a 6	f°
Paludes	a 7	
Amphion	a 8	
Phaeton	a 8	f°
Bosporus	a 9	f°
Piscatores	a 10	f°
Semele	a 11	
Ariadne	a 11	f°
Pasiphae	a 12	
Pelops vel Hippodamia	a 12	f°
Pentheus	a 13	
Tyrrheni	a 14	
Satyri	a 14	f°
Olympus	a 15	
Midas	a 15	f°
Narcissus	a 16	
Hyacinthus	a 16	f°
Andrii	a 17	
Mercurii foetus	a 17	f°
Amphiaraus	a 18	

Cōmētarioli Stephani Nigri in Aurea Carmina Pythagorę īgenuis pueris Lazaro & Georgio de Selua dicati.

[illegible] — a 41
Palestra — a 42
[illegible] — a [illegible]
[illegible] — a 43

Stephanus Niger Ingenuis pueris Lazaro ac Georgio amplissimi senatus Mediolanensis principis Filijs. S.P.D.

EGo semper in ea fui opinione ut neminem ĩ ulla re prestãtem atq; eximiũ euasurũ existimauerim nisi in ea a teneris usq; annis uersatus fuerit.qs.n.optimum architectum: peritum agricolam umq̃ nouit quin ab ineunte statim ætate uel pueriles domũculas ædificauerit uel terram ludendo coluerit.Achilles nõ umq̃ tantum sibi nomẽ in gerendo Bello comparasset ni ab ipsa infantia sub Chirone centauro educatus minima prius tela iaculari minorem hastã paruulum per tractare ensem didicisset quod me Hercule in omni disciplinarum geuere faciendum est. Quare cum uobis ad amplissimi uiri patris uestri æmulationem non architacturæ aut agrorum cultui sed ingenuis moribus optimisq; Institutis ac liberalibus disciplinis uacandum sit, aureum istud opusculum aureis præceptis refertum ad utrũq; mittere constitui cui sæpissime perlegendo si in ista ætate assiduam operã nauabitis: nec ab eius sanctissimis mandatis recedere constituetis nõ dubito fore qn uestra puerili ætate optimis ĩbuta moribus reliquas quoq; ætates sanctissime ac pientissime degatis amplissimumq; patrem uestrum usq; quaq; referatis sunt enĩ Pythagoræ pręcepta latino p nos donata sermone additis etiam comentariolis nostris unde haud minorem ut spero utilitatem cõsequimini ea.n.dicere conatus sum quæ ad uestrã utriusq; optime instituendam ætatem mihi facere uidebantur.

Cōmentarioli Stephani Nigri in Aurea Carmina Pythagoræ ingenuis pueris Lazaro & Georgio de Selua dicati.

αθανάτους μὲν πρῶτα θεοὺς νόμῳ ὡς διάκεινται τίμα.i. Primū omnium inmortales deos uti se se Habent legitime Cole Saluberrimis humanam uitam præceptis Philosophorum præstātissimus Pythagoras īstruere atq; ornare aggressus: a Diuinarum rerum Cultu:idest a Religione sumpsit exordium.nec mehercule immerito.nouerat enim uir Maximo ingenio:summaq; doctrina præditus: Beatæ sanctęq; Vitæ Fundamentum deorum esse uenerationē. nam si & omnia & nos ipsi a Diis immortalibus ortū duximus: Nulli pfecto est dubium quin & nostra omnia. & nos metipsos diis debeamus. Cæterum cū nihil sit quod a nobis diis immortalibus gratius iucundiusq; præstari possit: Quam ut nos gratos esse ostendamus: Nostramq; in eos gratitudinē uno demum Religionis cultu illis significare ualeamus: non iniuria Pythagoras nos omnium primum deos esse Colendos docuit: idq; ut se se habent legitime faciendum admonuit: neq; enim unicuiq; pro arbitrio nouos fingere deos: nouos religionis ritus induere licet: sed secundum maiorū leges colendi patriisq; moribus atq; institutis unū quēque uitam agere oportet. neq;.n. Maiorum leges contemnēdæ: quarum latores usq; adeo sancti: ac pii īter mortales habiti: ut Comertium cū diis immortalibus habuisse crediti sint: eorumq; non nulli deorum nomē ac cultum uiuēdo quoq; sibi cōparauerint. nam apud ægyptios minas suarum legū Mercurium auctorem finxit: minos apud cretēses Iouem: Lycurgus apud Lacedæmonios Apollinē: Zamolixis apđ

getas ueſtam: Moſes apud iudeos Biaum deum: darius Xerxis pater ſextus apđ egyptios legum lator deus appellatus eſt: Numa pompilius Romanorũ rex ſecundus a dea Egeria: uel ut alij uolunt ab una ex muſis leges accepiſſe dicitur. quod ſi tantum: & legibus: & legum latoribus a Veteribus illis tributum eſt: non ne & nos maiorũ noſtrorum ueſtigia ſequentes eas & obſeruare: & uenerari debemus: illiſq; ſemper parere. nam ad mortalinm emolumentũ conditæ: ac perlatæ ſunt: nullaq; eſt lex quæ Plutarcho affirmante ad Humanæ uitæ non ſpectet utilitatem. ait enim. νόμος βούλεται μὲν εὐεργετεῖν βίον ἀνθρώπων, οὐ δύναται δὲ ὅταν αὐτοὶ βούλονται πάσχειν, ἐν τοῖς γὰρ πειθομένοις ἐνδείκνυται τὴν ἰδίαν ἀρετὴν. ideſt uolunt quidem leges uitæ prodeſſe hominum: non poſſunt autem cum ipſi pati concupiſcunt: in ijs enim qui ſibi libenter parent ſuam indicant uirtutẽ. eſt igitur legibus Parendũ: dijq; legitime colendi: ut boni nominis coronam euripide iubente conſequamur. ait enim: τρεῖς εἰσὶν ἀρεταί, ἃς χρὴ σ᾽ἀσκεῖν τέκνον θεούς τε τιμᾶν τούς τε θρέψαντας γονεῖς, νόμους τε κοινοὺς ἑλλάδος καὶ ταῦτα δρῶν κάλλιστον ἕξεις στέφανον εὐκλείας ἀεί. ideſt tres ſunt uirtutes: quas te Fili meditari oportet. deos colere & qui te genuerunt: parentes: legeſq; græciæ comunes: quod ſi hæc feceris pulcherrimã gloriæ coronã conſequeris. Iſocrates quoq; deos imprimis eſſe colendos ait: idque cum ſemper: tum maxime corã uniuerſa ciuitate faciendũ cenſuit: quod ita & dijs ſacra facere: & legibus parere uno eodẽque tempore uideremur. Quæ aurea præcepta oibus quidẽ sũme eſſe uenerationi debent: nihil enim nobis recte ceſſurũ ſperandum: quod dijs inuitis & inceptum & peractũ ſit. quod ita eſſe noſtri maiores rati nihil: unquam in conſultis dijs

incipere: nihil abnuentibus perficere uoluerunt. quod si Romanæ urbis initia perscrutabimur: Romulum deorum auspiciis: Numam sacris constitutis fundamenta iecisse ciuitatis comperiemus: eosq; omnes cum apud ciues suos: tum apud externos maxime semper fuisse auctoritatis inueniemus: qui in deos pientissimi: ac Magnificentissimi fuerint. quid enim regnante Numa finitimos: urbis incunabula tam iniquo aĩo ferentes: ne romanis arma inferent cohibuit? nempe illius sanctissimi uiri pietas: & in suppliciis deorũ Magnificentia. nullus enim se unquã ex eo bello uictoriã cõsecuturũ sperabat: in quo sibi cũ sanctissimis ac Religiosissimis uiris: & a sacrificiis cultuq; diuino reuocatis: atq; amotis dimicandũ esset. deos enĩ illis in præliis affuturos haud dubitabant: qui sibi eorum clemẽtiã cultu tã seuero ac diligenti cõciliassent. Quod & picula docuerũt. Aulus nãq; Posthumius bello latino dictator in ꝑlio apud regillũ lacum cõmisso haud quaquã supior fuisset: ni iuuenes duo cãdidis eqs: ac uirtute insignes in eo cõflictu ꝓ romanis pugnassent: quos dictator castorẽ ac Pollucẽ haud dubie ratus: comuni titulo dedicauit. at cõtra q religiõe cõtẽpta aliquid pficer̃ conati sũt: nõ ne accerbissimas luisse pœnas ꝓdunt̃. Publius enĩ clodius primo punico bello p iocum irridens cũ cauea liberati pulli nõ pascerent̃: mergi eos ĩ aquã iussit: ut biberent qñ esse nollent. Qui risus classe deuicta multas ipi lachrimas: magnã rei publicę cladẽ attulit. unde cõdẽnatus a populo ẽ. Iunius collega clodii eodẽ bello tẽpestate clasẽ amisit: cũ deorum auspiciis haud paruisset. quare sibi mortẽ ɔsciuit. qd. C. Fla. ñ ne ob neglectã religionẽ magno Rei pu. uulner̃ apđ trasimenũ cecidisse a celio scribit̃? quæ nos Exẽpla docẽt: nihil esse nobis in deorum contemptũ

Deus quid sm philosophos

auspicãdũ.rogabis tu me fortasse hoc loco:quid sit deus: unde hoc nomen declinatum sit: & ecquid ueterum poetarum quempiam unum tantum esse deum affirmãtem ostẽderim:deus est ut ipse cuius carmina interpretamur Pythagoras ait:animus qui per uniuersas mundi partes: omnẽq; Naturam comeans:atq; diffusus:ex quo omnia quæ nascũtur animalia uitam capiũt. Anaxagoras deum esse dixit infinitam mentem: quæ per se ipsam mouetur. Antisthenes multos quidem esse populares deos:unum tamen naturalem summæ totius artificem.Cleãthes & Anximenes æthera dicũt esse summum deum. Chrysippus naturalem uim diuina ratione præditam: interdum diuinam necessitatem deum nuncupauit.Zeno diuinam naturalemq; legem.Aristoteles unam mentem mundo preesse testatur. Plato qui omnium prestantissimus iudicatur τὸν τοῦ παντὸς κυβερνήτην μέγιστον δαίμονα ὠνόμασε.i. omnium rerum gubernatorem maximum demonem appellauit Thales milesius deum ait eam esse mentem: quæ ex aqua cuncta fingeret. Cicero Tusculanarum libro primo deus est inquit mens soluta quædam: & libera:& segregata ab omni concretione mortali omnia sentiens: & mouens: ipsaq; prædita motu sempiterno.cum a Simonide quæsiuisset Tyrãnus hiero quid esset deus: deliberandi sibi unum diem postulauit: cum idem ex eo postridie quæreret biduum petiuit: cũ sæpius duplicaret numerum dierum: admiransq; Hiero requireret:cur ita faceret.Quia quanto diutius considero inqt: tanto mihi res uidetur obscurior. quod autem ad nominis deriuationem attinet.ego deum ἀπὸ τοῦ θεοῦ deductũ puto. est enim θεὸς græce idem quod apud nos deus:dictusq; est ἀπὸ τοῦ θεῶ idest a uidendo;quod ipse omnia contempletur:

& uideat nonnulli ab αἴθω quod est uro deriuatum uolūt. alij a θέω quod est curro: quod omnia assequatur. Quidam a θῶ quod latine sonat acute audio: qđ inuocantibus præsto adsit. uel a θῶ quod est facio ꝗ omnium sit author actionū Apollodorus dictū θεὸν hoc est deum cēsuit: quod sit causa ut solis ac lunæ radij Inspiciantur. sunt præterea qui deum nomē esse latinū malūt: dictūq; uel a dando: qa mortalibus omnia dat comoda: uel a desum quod nihil ei desit: sed de etymologia satis. qđ autē ueteres quoq; unū qdē esse deū: sed uarijs multiplicibusq; appellatiōibus ꝓ eius nuibus denoiatū cēsuerint: Testes sunt cū alij quā plurimi: tū īprimis poetarum celebrimus Sophocles. qui de deo loquens ait. εἷς ταῖς ἀληθείαις εἷς ἐστι θεὸς ὃς οὐρανὸν ἔτευξεν καὶ γαῖαν μακρὴν πόντου τε χαροπὸν οἶδμα καὶ ἀνέμων βίας θνητοὶ δὲ πολλοὶ καρδίαν πλανώμενοι ἱδρυσάμεσθα πημάτων παραψυχὴν θεῶν ἀγάλματα ἐκ λίθων ἢ χαλκείων ἢ χρυσοτεύκτων ἢ ἐλεφαντίνων τύπους· θυσίας τε τούτοις καὶ καλὰς πανηγύρεις στέφοντες οὕτως εὐσεβεῖν νομίζομεν· horum uerborum sensus talis est. unus si uerum fateri uolumus unus est deus: qui cœlum fabricauit: & longam terram: iucundūq; ponti tumorem: & uentorum uiolentias: mortales uero multi corde errantes: ereximus ad nostrarum cladium solamen deorum marmoreas æneas: aut aureas: aut eburneas statuas: hisq; & sacra facimus: & solemnia festa celebramus: ita namq; nos pietatem colere arbitramur. sed quid diutius ī his moror: cum nulla sit fere gens tam feris moribus: tam barbaris institutis: quę deos non nouerit: notos non ueneretur. Quin ipsæ quoq; animantes usu rationis carentes deos adorant: nam ī mauritaniæ saltibus ad quendam amnem mitescente luna noua Elephantorum greges conueniunt: ibique se purificantes

ſolemniter aqua circũ ſpergunt: atq; ita ſalutato ſidere in syluas reuertuntur origem appellat Egyptus feram quæ exorientẽ adorat caniculam. quod ſi bruta quoque anima lia pietatem colere: deos uenerari pro comperto habemus: nõ ne hominem rationis ac conſilij participem pudeat: nul los fateri deos: nulla sequi pietatis ac Religionis ueſtigia. Scythaſq; ac Galatas imitari. apud quos ut ait Plutarchus nulla fit deoꝝ mentio: nulla de diuinis Hiſtoria memorat̃. nam & iugulatorum hominum gaudent sanguine: & hoc demum exactiſſimum ſacrificiũ arbitrant̃ nullus eſt præte rea qui geticos inopes conſuetudineq; deſpiciat: q̇ ut hero dotus ſcribit: dijs minitantes: In cœlum contra tonitrua ac fulgura iaculantur. Quid enim turpius quid homine indi gnius dici poteſt? quam ut Diagoras ille atheos ideſt ut ita dicam impius appellari: qui cum samothraciam ueniſſet: dixiſſetq; ei amicus quidam: tu qui deos putas humana ne gligere: non ne animaduertis ex tot tabulis pictis: quã mul ti uotis uim tempeſtatis effugerint? in portũq; ſalui perue nerint? ita ſit inquit: illi nuſquam picti sunt: qui naufragia fecerunt: in mariq; perierunt. exiſtimabat inſanę mentis ho mo inferiora hęc a dijs imortalibus contemni: nec humana rum rerum quicquam cœleſtibus eſſe curæ credebat. quæ inanis ac futilis ſententia: cũ a cæteris oĩbus Nationibus: tum imprimis ab ijs que chriſti dei optimi maximi præce pta atq; inſtituta ſequuntur exibilianda: atque explodenda eſt. Quis chriſtiana religione imbutus chriſtũ deũ noſtrũ humana negligere: ſibi poterit perſuadere: qui a sacratiſſi ma illa ſede huc deſcẽdere: totque pro nobis pati ſupplitia non recuſauerit. quare & unicũ deum omniũ rerũ guber natorẽ Pietiſſime colamus: & patrias leges: atque inſtituta

ſeruare

ſeruare ſtudeamus. Quod ſi fecerimus ꝓpitium nobis ac beneuolum deum reddemus. ait enim Homerus ὅς κε θεοῖς ἐπιπείθηται μάλα τ' ἔκλυον αὐτοῦ .i. Qui dijs paret ab ijs ualde exauditur. καὶ σέβου ὅρκον .i. & iuſiurandū uenerare. quo præcepto nil humanę uitę salubrius: nil utilius a ſapientiſſimo philoſopho dari poterat. iure. n. iurando non ſeruato: nulla erit inter homines fides: nulla iuſtitia: nulla denique Pietas: nam ſi iuſiurandum maxime fide conſtat: eo neglecto nō ne negligitur & fides? quæ ſi ut inquit Cicero iuſtitiæ eſt fundamentum: ſublata ex humanis fide: non ne & iuſtitia tollitur: quod ſi ut inquit Plato iuſtitia erga deos pietas uocatur: Contempta iuſtitia pietas quopue contemnat̃ neceſſe eſt. colendū eſt igit̃ iuſiurãdū. ἔπειθ' ἥρωας ἀγαυούς. ideſt heroas deinde præclaros. monet nos diuinus Pythagoras ut heroas quoque colamus. cęterum quinã apud ueteres heroes ſint appellati omnium primū uideamus: deīde & q̃ apud nos heroes appellari poſſint: & unde heroes dicti ſint exponer̃ conabimur. Heſiodus iupiter inq̃t Saturnius quartū fecit heroum diuinū genus: æquiſſimū: atque optimum: qui ſemidei nuncupantur: quorum alij apud thebas Boeotias: iliumq; ſuperbum grauiſſimo bello perierunt: pars uero iubente ioue in maxima omnium rerum abundãtia beatas incolũt inſulas. Quare eoſdem apud ueteres heroas fuiſſe denominatos conijcere poſſumus: qui apud nos diui nuncupantur: ut diuns Franciſcus: diuus Stephanus. ſua. n. uirtute apđ deū optimū maximū Beatas ſedes adepti ſunt. unde autē hoc nomen deriuatū ſit uariæ ſunt doctiſſ. uirorum opiniones. alij. n. dictos heroes arbitrãtur ἀπὸ τῆς ἔρας .i. a terra: qđ ſi ita eſt omnes homines merito heroes appellari poſſunt. non nulli ἀπὸ τοῦ ἀέρος .i. ab aere hoc eſſe

Ius iurandum seruandum

Heroas colere

nomen inclinatum uolũt ꝙ eorum animæ corporis carcerẽ solutæ in aere uersentur: indeq; hæc speculentur inferiora. non desunt præterea qui heroas. ἀπὸ τῆς ἀρετῆς. i. a uirtute nuncupatos cẽseãt. Orpheus. n. μητέρα ἡρώων ἀρετὴν λέγει. idest heroum matrẽ ait esse uirtutẽ. pars ἀπὸ τῆς ἔρωτος. i. a dilectione & cõiunctiõe deorũ deducũt: deos. n. mulieribus iũctos aut deabus uiros heroũ gẽus ꝑcreasse fabulantẽ Plato heroũ nomẽ ab ἔρειν quod est dicerẽ inflexũ esse cẽset eo ꝙ sapientes fuerint rhetores: nã heroes rhetores qdam & disputatores esse uidentur unde sophistax quoq; genus Heroica ꝑles existit. τούς τε καταχθονίους σέβου δαίμονας ἔννομα ῥέζων. i. & inferos dęmões cole legitima faciẽs Demones M. Tul. Lares Apuleius modo lares mõ genios appellat cũ nõ ignoraret Pythagoras deorũ alios supos: alios iferos appellatos: de cælestibus locutus nunc manes quoq; rite colendos docet: nec temere legitima faciẽs additum putes: aliis. n. hostiis atque cerimoniis antiqui sibi inferos aliis superos conciliabãt. inferi. n. pullis hostiis plurimũ oblectari credebantur steriles ꝑterea hostię inferis offerebãtur ꝙ ipsi quoq; iferi steriles essent. cũ eximiæ superis uictimæ totoq; de grege lectæ dicarentẽ. τούς τε γονεῖς τίμα τούς τ' ἄγχιστα γεγαῶτας i. & Parentes honora & genere proximum quẽque recte nos quidem admonuit philosophorũ princeps Pythagoras ut secũdum deos immortales parẽtes ueneraremur: quibus tantum tribuendum est: ut Sophocles poetarũ prę stantissimus dicere non dubitauerit. νόμος γονεῦσιν ἰσοθέους τιμὰς νέμειν. quæ uerba significant nobis parẽtes æque ac deos colendos esse: nulla. n. a liberis in parẽtes tanta officia proficisci posse sibi persuadebat: quæ eorũ in nos beneficiis respõderent: nisi diuini quoq; honores adderentur. nam ut

Demones

parẽtes honora

Quintilianus ait persolui gratia nō potest nec malo patri. Phocilides quoq; qui usque quaque sanctissimis scatet prę ceptis parentes post deos colendos præscripsit ait enim. πρῶτα θεὸν τίμα μετέπειτα δὲ σεῖο γονῆας .i. primum deos uenerare: postea uero tuos Parentes. quod profecto nemini est dubium. cui enim excepta diuinitate magis debemus? quam genitoribus nostris? qui in nobis cum educādis: tum erudiendis nullum declinauerint laborem maioraq; in dies subeant discrimina: ut necessaria nobis suggerant quod cū non ignoraret altissimi consilij uir corriolanus iniquæ patriæ salutem maternæ pietati concedere nequaq̃ dubitauit: quo uno egregio facinore sui memoriam ī ęternum prorogauit: multa sunt quæ superiorem aphricanum insignem reddiderunt: ob singularē tamen in paterno discrimine pietatem maxime celebratum. quid de. L. Manlio Torquato: quid de. M. Cotta dicam: quorum egregiam in parētes pietatē nulla unq̃ tacebit ætas. solō ille atheniēsiū legū lætor interrogatus cur nullū suppliciū cōstituisset in eū: q parētē necasset respōdit. se id neminē facturū putasse. neq;. n. unq̃ fore suspicatus erat: qui truculentas in eos ꝑsertim manus exercerent: a quibus uitam ac cepissent. proximum deinde quemque colendum censet: quādoquidem ita natura cōparatū est: ut inter omnes homines sit quædā societas: ac beniuolētia: maior aūt ut quisq; ꝓxime accedit. unde fit ut ciues potiores sint quam peregrini: propinqui quā alieni. merito igitur iure ꝓpinquitatis est proximus quisq; obseruandus. τῶν δ᾽ ἄλλων ἀρετῇ ποιεῦ φίλον ὅστις ἄριστος. aliorū quoq; optimum quemque tibi uirtute cōcilia cū genere ꝓpinquos ueneratione quadā ꝓsequi nos deberē Pythagoras ostēdisset: ꝓbissimum deinde quemq; ī amicitiam uirtute asciscendū

Cōmonuit. & recte quidem : ea.n.amicitia quæ uirtutis ac probitatis fundamenta haud sortita est : cito dilabatur:ac dissipetur necesse est. Nam cum triplici precipue de causa amicitiæ conciliari soleant:uoluptatis.s.utilitatis:ac uirtutis: ea demum firma ac stabilis ueraque amicitia existimari potest : quæ ab aliqua:uirtutis opinione profecta sit:qualis Scipionis ac Lælij habita est: Thesei Pyrithoi:Achillis Patrocli:Orestis Pyladis:Phinitiæ Damonis:Epaminūdæ Pelopidæ. pulcherrima namq; & maxime naturalis amicitia per se & propter se tantum expetenda est.nec est uerus amicus appellandus:qui non æque in amicum atque in se ipm̄ affectus sit : immo multa non nunquā pro amico facienda æquo animo sunt: que pro nobis metipsis nunquā faceremus.at qui utilitatis cogitatione amicitias colunt : sublata utilitate amici esse desinunt. quare summopere Cauēdum est:ne in eiusmodi amicitias incidamus : quæ tum denique quam sint penitendæ sentiuntur : cum grauis aliquis casus nos eas experiri cogit. est igitur isocratis illud in animo ac pectore habendum φίλους κτῶ μὴ πάντας τοὺς βουλομένους, ἀλλὰ τοὺς τῆς σῆς φύσεως ἀξίους ὄντας quæ uerba latine sonant:ne uolentes omnes in amicitiam suscipias : sed eos tantum:qui ingenio & moribus te digni extiterint. quod si recte iudicare uoluerimus ueram amicitiam tria maxime expetere comperiemus : uirtutem.s.ut bonum:consuetudinem ut dulce:ac iucūdum: usum ut necessarium.nam cum iudicaueris diligere oportet : eiusq; consuetudine oblectari:quem amaueris:nec nō cum usus fuerit ad eius præsidiū confugere:quæ fictis simulatisque amicitijs haud cōtingerē solent.sunt itaque uirtute præditi nobis ut diuinus ait Pythagoras per uirtutē conciliandi:ut ueræ ac solidæ amicitię

firmissima iaciãtur fundamenta. πρέισι δ' εἶκε λόγοις ἔργοισι τ' ἐπωφελίμοισι idest benignis autem cede & pare sermonibus operibusque utilibus paratis amicis eorum benignis admonitionibus esse parẽdum docet Pythagoras: nouerat enim amicos sæpe monendos esse: & obiurgandos: & hæc omnia amice accipienda: cum beneuole fiant. audienda est enim ueritas: nec obsequijs peccatis indulgẽtibus fidendũ: quibus sæpenumero in fraudem impellimur: agimurq; præcipites. unde non absurde Plutarchus. ὥσπερ οἱ κόρακες παρεδρεύοντες ἐξορύσσουσι τοὺς τῶν νεκρῶν ὀφθαλμοὺς οὕτως οἱ κόλακες τοῖς ἐπαίνοις τοὺς λογισμοὺς διαφθείρουσι: id est quemadmodum corui cadaueribus insidentes eorum oculos effodiunt: sic adulatores laudibus blandisque assentationibus hominum mentes corrumpunt: ac peruertunt. non est igitur spernenda ueritas: sine qua amicitia esse non potest. quod si secus fecerimus stultorũ numerum augere nemini non uidebimur nam ut Hesiodus prudẽter cecinit omnium sapientissimus ille nõ iniuria nuncupãdus est: cui quod opus sit ipsi ueniat in mẽtẽ: proxime accedere: q alterius bene inuentis obsequatur: qui uero nec quid sibi maxime conueniat: excogitare poterit: nec aliorũ bene inuentis obtemperauerit: is ĩ infimo ac teterrimo hominum genere collocãdus est igit' amicis recte nobis cõsulentibus haud secus auscultãdũ. ac dũ nauigamus nauis gubernatori diligenter parere consueuimus. sunt quoque bonæ ac conducibiles amicorum operationes imitãdæ: nec quicquã quod a uirtute desciscere uideatur cõmittendum: si ad extremam usque ætatem amicitiam perducere cupimus. μηδ' ἔχθαιρε φίλον σου ἁμαρτωλῆς ἕνεκα μικρῆς, ὄφρα δύνῃ, δύναμις γὰρ ἀνάγκης ἐγγύθι ναίει: idest amicũ propter exiguum aliquod

Amicū oblevē cum nō deserimus

peccatum inimicū ne facias: quod fieri a te poterit potētia enim ꝓpe necessitatem habitat. salutare prçceptū: quo nos Pythagoras monet: ne amicū obleue aliquod delictū deseramus ita. n. fit ut nr̃am in amicū amicitiã futilẽ atq; inanẽ fuisse ostendamus. quin etiam ut scipio dicebat si minus fœlices in diligendo fuimus ferẽdum id potius est: quã inimicitiarum tempus cogitandũ. nã quo maior fuerit amicitia: eo grauiores exardescũt inimicitiæ: quo nil ꝑfecto turpius dici potest. quid enim fœdius q̃ cũ eo capitali odio discidere: qui cum familiarissime uixeris. ferendum ẽ igit̃ quo ad fieri poterit. quod si necessitas forte inciderit: ut amicitias dimitter̃ cogamur: cõsuetudinis remissiõe eiusmodi amicitiæ leuãdæ erũt: ac potius dissuẽdę: quã discindẽdæ: neq; . n. necessitati resistere possumus. nam ut ait Echylus τὸ τῆσ ἀνάγκησ ἐστ᾽ ἀδήριτον σθένοσ. i. necessitatis uis iepugnabilis ẽ. & Sophocles τῆσ ἀναγκαίασ τύχησ οὐκ ἔστιν οὐδὲν μεῖζον ἀνθρώποισ κακόν. i. necessaria fortuna nullũ est maius hominibus malũ. & ut i grçcoꝝ ꝓuerbio ẽ necessitati ne dij qdẽ obstãt. ταῦτα μὲν οὕτωσ ἴσθι κρατεῖν δ᾽ εἰθίζεο τῶν δὲ γαστρὸς μὲν πρώτιστα καὶ ὕπνου λαγνείης τε καὶ θυμοῦ. i. hæc quidem hoc pacto scias atq; obserues. cæterũ studendũ tibi quoq; est uẽtrem primũ ac sõnũ uincere: libidinẽq;: & irã. uẽtri oĩum primũ obsistẽdũ: atq; imperãdũ: ait Pythagoras: cibus enim haud modeste sumptus corpori pariter atq; aĩo nocet: & quo pinguiorẽ aqualiculũ eo minus solertẽ reddit mentẽ: & ut ait ille γαστὴρ παχεῖα λεπτὸν νόον οὐ τίκτει. i. obesus uẽter mẽtẽ non parit acutã Chares quoq; de uẽtre hæc nõ incongrue. γαστρὸσ δὲ πειρῶ πᾶσαν ἡνίαν κρατεῖν, μόνη γὰρ ὧν πέπονθεν οὐκ ἔχει χάριν ἀεὶ δὲ τοῦ δέοντος ἐνδεής τοι πλέον ὅστις δὲ μὴ γαστρὸς κρατεῖν ἐπίσταται τὰ πλεῖω τῶν κακῶν ἔχει κακά. i. omnẽ uẽtris

ventri ac somni vincere

obesus venter

habenam contrahere studeas:solus enim ob ea quæ pcepit
nullam habet gratiam : plus autẽ quã par sit semper ĩdiget
quicunq; uẽtri temperarẽ ignorat: malis plura habet mala.
Crates quoque Philosophus ad iuuenes scribens ait. ἐθίζε
τε ἐσθίειν μάζαν καὶ πίνειν ὕδωρ ἰχθύν τε καὶ οἶνον μὴ γεύεσθε ταῦ
τα γὰρ τοὺς μὲν γέροντας ἀποθηριοῖ ὡς περ τὰ παρὰ τῆς κίρκης
φάρμακα τοὺς δὲ νέους ἀποθηλύνει. .i.assuescite lactis ac panis
alimẽto uti & aquã bibere:piscẽq; & uinũ ne libetis quidẽ:
hæc etenim senes quidẽ ut circes uenefficia efferãt:iuuenes
uero effœminant.est igitur ĩ cibis ac potionibus tẽperantia
ac frugalitate utẽdum:ut libido quoq; omnisq; lasciuia ex-
tinguatur:ait enim Terentius sine cerere & baccho friget
Venus. nam ut uino modice sumpto nihil ẽ corporis uiri-
bus utilius : ita nil aliud uoluptatibus perniciosius si mo-
dus absit. Quocirca uentri tantum indulgendum:quantũ
bonæ ualitudini satis sit:ut silicet cibus famem sedet: potio
sitim extinguat.estq; ut ĩquit Socrates edendum ac biben-
dum ut uiuamus : non ut quamplurimi faciunt uiuendum
ut uentri inseruiamus.corporis enim sanitas in mediocrita
te Humorꝝ consistit: & a mediocritate conseruatur: super-
fluitas igitur corrumpit hinc ortum est & uulgare prouer-
bium:plures interficit gulla quam gladius Tragediarum
nobilis scriptor Euripides infinitis inquit in græcia malis
existentibus: nullum est athletarum genere deterius qppe
qui uentri inseruiant & inutiles sint.græcos quoq; uniuer-
sos reprehendit ꝙ ad huiusmodi hominum spectacula con
uenirent. quis Astydamantis milesij uoracitatem non con   Astidamas vorax
tẽnit:qui ab Ariobartene persa ad cænã uocatus oĩa se esu
rũ:quæ cũctis parauerat cõuiuis pollicitus ẽ:idq; pmittẽte

cambles im[m]e[n]se uorax

psa re ipsa effecit. nam quę nouē uiris parata fuerant: solus cæteris admiratione quadam spectantibus deuorauit quid utilitatis ex nimia ciborum appetentia cambles lydorꝶ rex fuerit assecutus: Xāthus ī lydiacis memorat q adeo bibax fuit: et uorax: ut uxorem noctu deuorauerit: & cum mane in ore suo eius manum inuenisset: sibi manū cōsciuerit. Nicolaus peripateticus in cētesima historia scriptū reliqt: Mithridatē pōticū regē τῆς πολυφαγίας καὶ πολυποσίας certamen proposuisse: atq; ī utroq; superiorē fuisse. cū certaminis p̄mium argenti esset talentū. quæ uictoria maiori tanto utiq; regi dedecori fuit: q̄ quantas unq̄ a romanis ducibus acceperit clades. βοιωτίας ὗς hoc est Bœotiasus in rudes ac penitus insensatos adagium est. q; bœotij: ut Eubulus in cecropibus: Mnesimachus in busiride: Alexis in trophonio & Achæus in certaminibus testātur uētri ac. gulę inseruiētes crassa fuerint minerua. unde prepellus qdam ab Eratosthene quid sibi d̄ Bœotijs uideret̄ interrogatus respōdisse fertur. τί γὰρ ἄλλο ἢ τοιαῦτα ἐλάλουν, οἷα ἂν καὶ τὰ ἀγγεῖα φωνὴν λαβόντα πόσον ἕκαστος χωρεῖ. quę uerba significāt eum fuisse bœotiorꝶ īter se sermonē quo uasa si loquēdi dæutra facultas uterent̄ quantū. s. unusquisq; esculēti poculētiue caperet. quo qdē sermōe quid homini esse turpius pōt. ē. n. pecorꝶ: nō eorum qui rationis participes sint: uētri īseruire Aristo. philosophus polemonē ait academicū ad cœnā uocatos monere solitum: ut suaues nō in presens tātum uerū etiam ī crastinum biberent potiones. quæ quidem stolida exhortatio nos utiq; camelis similes redder̄ conatur. qui ut Pl. testatur: sitis patientissimi: cū bibendi data est occasio in preteritum implentur & in futurum quæ uini ingurgitatio ciborumq; supra modum cōgestio q̄ corporibus nostris sit

p̄niciosa

perniciosa. Is demum nō ignorabit: q̄cūq; illud Timothei Cononis filij dictū. In memorię Thesauro reposuerit. qui tenuissima parcissimaq; cæna ī academia a Platōe acceptus inquit: ὡς οἱ παρὰ πλάτωνι δειπνοῦντες καὶ τῇ ὑστεραίᾳ καλῶς γίνονται. quæ uerba latine sonāt eos bene postridie ualere: qui apud Platonē pridie fuerint cœnati. quare Hegisander in cōmētarijs retulit Timotheū. postridie Platoni obuium factum dixisse ὑμεῖς ὦ πλάτων εὐδειπνεῖται μᾶλλον εἰς τὴν ὑστεραίαν ἢ τὴν παροῦσαν ἡμέραν. hoc est uos o Plato melius cœnatis in sequentem q̄ in p̄sentem diem. quis de Pythagoræ frugalitate ambiget. cum & ipse ceteris frugalitatem p̄cipiat: & lycon Iasseus per q̄ modicis fuisse cibis contentum testetur. Aristides: Epaminandas: Phocion Phormio imperatores parcissimi fuisse uictus produnt Megacles de uiris inclitis scribēs μάνιος inquit κουρίων Romanoꝝ Imperator ἐπὶ γογγυλίσι hoc est in rapis degebat totum tempus quare cum ad eum samnites Aurum misissent non indiget inquit auri qui talia cœnat. sunt igitur huiusmodi uiri in hac degenda uita nobis imitandi si & īgenuis corporis uiribus & sana mente diutius frui concupiscimus. somnus quoq; modū excedens hebetat corpus: & a rectis actionibus nos prohibet: est præterea litterarum studijs hostis acerrimus. Plato enī ait. ὕπνοι καὶ κόποι μαθήμασι πολέμιοι. idest somni & labores disciplinis hostilia: quid enim dormientes facere quod laude sit dignum possumus? quum nihil a mortuo differamus? nam κασίγνητος θανάτοιο ἐστί. i. frater: mortis ut diuinus testatur Homerus. quod autē ī rebus agendis sūma sit utendum uigilātia idem Homerus his duobus uersibus īdicat οὐ χρὴ παννύχιον εὕδειν βουληφόρον ἄνδρα ὧ λαοί τ' ἐπιτετράφαται καὶ τόσσα μέμηλε. idest haud decet totam noctem Somnus

dormire consultorem uirum: cui & populi subiecti ac comissi: & tot curę sunt. itaq; somni cibi ac potionis sit desiderio naturali non uoluptate modus finitus: a lasiuia quoq; ac libidine temptandum: nam quemadmodum concubitus rarus corpus excitat: ita frequēs ac nimius soluit. pcipit itaq; Pythagoras huiusmodi uoluptates ratione frenandas: & a libidine haud secus quam a seuissimo tyranno fugiendū. unde Sophocles iam senior quum ab eo quæreretur rebus ne uenereis uteretur? dij meliora inquit libenter enim istinc tam quã ex aliqua furiosa profugi dominatione. qd de ira dicã qua q ferũtur erationis potestate exisse merito dici possunt est. n. ira ut Emius ait insaniæ initium. Oratius quoq; ira furor breuis est: animum rege: qui nisi paret imperat: hũc frenis hũc tu compesce catena. Aristoteles quoq; uir summo ingenio quantopere ira sit comprimenda his uerbis docet. ὥσπερ καπνὸς ἐπιδάκνων τὰς ὄψεις οὐκ ἐᾷ προβλέπειν τὸ προκείμενον ἐν τοῖς ποσίν, οὕτως ὁ θυμὸς ἐπερχόμενος τῷ λογισμῷ ἐπισκοτεῖ καὶ συμβησόμενον ἐξ αὐτοῦ ἄτοπον οὐκ ἀφίησι τῇ διανοίᾳ προβλέπειν. i. quemadmodũ fumus oculorum aciem mordens quæ ante pedes sunt ĩspicere haud pmittit: ita rationẽ ĩuadens ira infuscat: & qd ex ea sit absurde casurũ cogitationẽ pspicere nõ sinit. ẽ itaq; cõprimẽda nec diutius ĩ ea comorandum nam quum a Ioue optimo maximo mortale corpus sortitisimus: cur iram immortalem facere cõtẽdamus. πρᾶξεις δ' αἰσχρὸν ποτε μήτε μετὰ ἄλλου μήτ' ἰδίῃ. i. turpe qppiã nec cũ alio nec tecũ facias: recte nos quidẽ monet Pythagoras: nã si quicquã quod non sit efferendũ cum alio cõmiseris: fieri haud poterit quin aliqua emanet: unde eueniet ut ĩ maxima uiuas ĩfamia: summaq; tibi discrimina impendeãt: q si solus turpe quid in te admiseris: conscientia que sicula

tormēta ſuperat uexaberis: nullus.n.tanta flagitiorū obl e-
ctatiōe tenet᷑:quin interdū imo quā ſæpiſſime eoꝝ cōſci ē-
tia mordeatur. cuius quātauis ſit his uerbis oſtēdit Cicer o
iudices alloquens magna uis ē cōſciētiæ iudices & magn ā
in utrāq; partē: ut neq; timeāt qui nihil cōmiſerit & pœn ā
ſemꝑ ante oculos uerſari putēt: qui peccauerint. eſt ꝓterc a
hoc imprimis animaduertendū:poſſe utiq; accidere ut fla-
gitij aliquid cōmittens homines lateas:at deū optimū maxi
mū ne cogitationes quidē nr̄e latebūt. bene ē igit᷑ uiuēdū:
ab oīq; factoꝝ ac cogitationum turpitudine abſtinendum.
πάντων δὲ μάλιστα αἰσχύνεο σαυτόν .i.oīum maxime tui ipſius
te pudeat optimū præceptū nam cum uerecūdia impellēte pudor
a uitijs nōnūquam deſiſtamus: ſi nos metipſos uerebimur
eueniat neceſſe erit: ut a rebus ꝓperā gerēdis ſæpe tempe-
remus. εἶτα δικαιοσύνην ἀσκεῖν ἔργῳ τε λόγῳ τε.i.iuſtitiā exer- Justitia
ce re ipſa atq; uerbis recte Pythagoras:quid.n.humanæ ui-
tæ ſocietatē comunitemque magis cōtinet: quam ut ne cui
quis noceat niſi laceſitus iniuria: reddamuſq; unicuiq; qđ
ſuum eſt: quæ munera profecto iuſtitiæ ſunt: cuius fun-
damentum eſt fides.i.dictorum conuentorūq; cōſtantia: &
ueritas nihil eſt enim turpius magnoq; uiro indignius:quā verba cum factis
ſi cum uerbis facta non concordant: exerceri autem cum concordant
publice:tum priuatim iuſtitia debet:publice cum ī gerēdis
magiſtratibus ſine dolo malo ius dicimus:nihilq; cuiquam
aut inuidia adimimus:aut miſericordia addimus. Q ui affe
ctus ab eo qui recte ſit iudicaturus quam lōgiſſime abeſſe
debēt quis.n.de rebus dubijs recte cōſultabit᷑ niſi ab odio:
amicitia: ira atq; miſericordia uacuus oīno fuerit.nam qui
poteſt animus uerum prouidere ubi hæc officiūt.priuatim
cum nihil alienū occupamus: noſtriſq; rebus tam exiguis

quam ingentibus cõtenti uiuimus. in obſcuris quoq; moni
mentis Pythagorici præcipiunt ſalem in uita apponẽdum
id eſt in omni uita iuſtitiam exercendam quod ea ut ſale
quã m non in merito Cicero Excellentiſſimam uirtutem
nuncupauit. cuncta ſeruentur. μὴ δ᾽ ἀλογίστως σαυτὸν ἔχειν
περὶ μηδὲν ἔθιζε ἀλλὰ γνῶθι μὲν ὡς θανέειν πέπρωται ἅπασιν.
nec in conſulte ac temere rei cuiquam uacare ſtudeas: ſed
omnibus mortem fato ſtatutam cognoſce. nihil impreme-
Nihil impremeditatum
ditatum aggrediendum eſſe Pythagoras docet: nouerat. n.
uir conſultiſſimus in rebus agendis ingenij ac conſilij opes
multo plus quam uirium ualere: & priuſquam quicquam
incipias conſulto: & cũ conſulueris mature facto opus eſſe.
nam ex ſententia quicquam ceſſurũ ſperare non poſſumus
ni cogitatione prius quo modo ſit ſperandum pręmeditati
fuerimus. quod autem omnes ſimus deceſſuri nihil opus
erat ut admoneremur: quippe cum nullus ſit quin domi
mortalitatis exẽpla habeat. cæterum cũ animaduerteret nõ
nullis mortis trepidationẽ hinc oriri: quod futura nõ præ-
cogitarent: mortemq; non expectarẽt: ſed fruſtra miſeri fu
gerent: mortis expectationẽ noſtris animis inſidere uoluit:
ut eius acceſſum minus formidaremus: tela. n. premeditata
ut uulgo dicitur minus ledunt. &. n. ſi ratione ĩ hac re ꝑpẽ-
ſanda uti uoluerimus: quid eſt ĩ morte quod ſit extimeſcẽ
Mors nõ timẽda
dum: cum aut finis ſit: aut tranſitus ſi finis: quæ poſtea mi-
ſeria eſſe poterit: ſicut enim antequã eſſes nulli ſubiacebas
infelicitati: ita nec poſtquam eſſe deſieris. ſi migratio nobi-
litatur proculdubio animus. Qui nuſquam tam anguſte
quam in his corporis uinculis urgeri poterit. nam corpus
hoc animi põdus ac pæna eſt: itaq; recte: & cum quotidiana
mortis expectatione uiuẽdum eſt. Lycurgus. n. ille legum

lator dicere solebat: malo bene mori quam turpiter uiuerẽ: & Sophocles. θανεῖν κρέτιστον ἐστὶν ἢ ζῆν ἀθλίως τὸ μὴ γὰρ εἶναι κρεῖσσον ἢ τὸ ζῆν κακῶς. i. multo melius est mori quã miſere uitam agere: non eſſe enim quam male uiuere potius est. meditemur itaq; mortem: & duce Platone philoſophemur: est enĩ philoſophia ut Plato ait mortis meditatio: quę cum ſit uitiorum expultrix: est tum reliquarum uirtutum donatrix: tum uel præcipue iuſtitiæ quæ nihil alieni ſibi uſurpat: quapropter non incongrue quiſpiam quanto inqt morti propius accedo: tanto iuſtior fio: qua re mortem imaginemur inſtantem: ut iuſti euadamus. ſed abſque ipſius mortis timore: ne uitæ curſum perturbemus. χρήματα δ' ἄλλοτε μὲν κτᾶσθαι φίλει ἄλλοτ' ὀλέσθαι. i. pecunias quandoq; acquirere ſtude: quandoq; perdere pecuniarum tantũ comparandum: quãtum & noſtris & amicorum cum opus fuerit uſibus ſatis ſit: nec omnino ijs ſtudẽdum: ut Theſauros terra conditos habeamus: quod penitus inſani eſt: ac mẽte capti. quæ. n. Liberalitas: quæ munificẽtia: in eo eſſe poteſt qui pecunias: & opes terræ priuſquam amicorum fidei credit? nulla profecto. Nam citius omnes deſereret: ac ꝑderet q̃ numulum ſummæ detraheret. omnis. n. eius cogitatio: omnis ſpes: omnis deniq; oblectatio in defoſſo Theſauro poſita collocataq; eſt: nec unquam fieri poſſe putat: ut ſaluo Theſauro amicorum auxilio indigeat. quod tum demũ haud recte ſenſiſſe intelligit: cum aliquo fortunę incurſu e gradu deturbatur. tunc enim nec qui eius caſum doleat: nec qui ſe exilij comitem ꝓbeat nec qui in calamitate mite ſit ſolamen inuenitur. tunc odit pecunias: nec non & ſeipm ꝙ pecunias adorauerit: pluriſq; eas quã amicos fecerit: quę omnia Tyrannus ille Phaleris non ignorãs cũ ad Agiaum

Mortis meditatio

pecunias quomodo habere

scriberet ĩquit. ἐκτεθήκαμεν εἴ τι κέκτημεν τοῦ πλούτου ὅσα παρέσχεν ὁ θεὸς εἰς μεταβολὰς τῆς τύχης οὐκ ἐν τοῖς κόλποις τῆς γῆς ὡς παρῄνεις ἀλλ᾽ εἰς τοὺς βουληθέντας τῶν φίλων τὰς δωρεὰς λαμβάνειν. idest quoscunq; nobis largitus est deus thesauros ad fortunæ mutationes exposuimus : non in sinu terræ: ut admonebas : sed in amicos qui a nobis munera accipere uoluerunt. nouerat enim uir non minus prudens q̃ truculentus nullos pecuniarum aceruos cum fidis amicis esse conferendos: nec alia de causa pecuniis comparãdis ĩseruiendũ: quam ut per eas liberalitatem ac uitæ splendorẽ ostenderemus. Quis. n. nesciat iccirco. τὰ χρήματα τιμιώτατα. i. preciosissimas honorificentissimasq; pecunias a græcis appellari: quod ad sumptus liberales ac munificentissimos instrumenta suggerant: nam demosthenes τῶν δεόντων. nihil sine iis fieri posse atheniẽses admonuit. comparemus igitur bono modo pecuniarum tantum: quãtum ad honorifice liberaliterq; uiuendum satis sit : eas uero non nunquam etiam contemnamus. nam interdum prestat damnum facere: quã lucrum: & pecunias in loco spernere magnum est lucrum. multi etiam p̃clari sapientia uiri pecunias ĩ profundũ mare abicerunt : ut liberius philosophię studiis uacarent. ὅσα τε δαιμονίαισι τύχαις βροτοὶ ἄλγε᾽ ἔχουσιν ὧν ἂν μοῖραν ἔχεις πρᾴως φέρε μηδ᾽ ἀγανάκτει. i. ex calamitatibus quas mortales fato patiuntur: eas sine idignatione æquo animo feras quas sortitus fueris. optime Pythagoras. Quis enim ignorat se ad labores ac miserias genitum: cum a lachrymis uitam auspicatus sit: quæ proculdubio calamitatum futurarum nobis indicio sunt : nam bone Deus quis est homo præter quam infirmitatis exemplum ; temporis spolium ; fortunæ ludi-

pecunias spernere q̃nq̃ lucrum

Calamitates eq̃o aio ferendas

brium: uarietatis ac mutationis imago: inuidiæ ac calamitatis: receptaculum: reliquum bilis ac pituita unde ab Apollonio in argonauticis illud mihi haud temere dictũ uidet̃. ἀλλὰ γὰρ οὔποτε φῦλα δυηπαθέων ἀνθρώπων τερπωλῆς ἐπέβημεν ὅλῳ ποδὶ σὺν δέ τις αἰεὶ πικρὴ παρ μέμβλωκεν εὐφροσύνῃσιν. ἀνίη. nunq̃ enim miserum hominum genus oblectatioẽm toto pede conscendimus: sed aliqua semper amara nostris lætitijs intercedit ægritudo. nam ut ille ait nullum est gaudium perpetuo datum. Quare quo fata trahunt retrahuntq; sequamur: & quum hoc meridiana luce clarius sit mortalium neminem esse fœlicem: quicquid sors tulerit æquo est animo ferendum. nam secus facere: malum est malo addere: bene igitur Pythagoras præcepit ut sorte nostra contenti uiueremus. ἰᾶσθαι δὲ πρέπει καθόσον δύνῃ. sanare te ipsum oportet quantum potes. quod cum ad corpus tum uel maxime ad animum referri debet. nam quo animus corpore præstantior ac nobilior habetur: eo diligentior curatio adhibenda est: ut in perenni sanitate atq; incolumnitate conseruetur. quod tum demum fieri posse sperandum est: quum philosophiæ preceptis bonisq; artibus is imbutus fuerit: corpus autem in perpetua salubritate continebitur: si frugalitatis ac temperantiæ studiosi erimus: simplicemq; cibum quo nihil magis salutiferum est appetemus: eaque exercitatione ante cibum utemur quæ modum non transgrediatur. ὧδε δὲ φράζευ οὐ πάνυ τοῖς ἀγαθοῖς τούτων πολὺ μοῖρα δίδωσιν. idest sic autẽ habeto horũ malorum. s. haud multũ bonis uiris dare fortunam neq;. n. ut Plato ait bono uiro mali quicq̃ euenire potest: nec uiuo nec mortuo: neq; unquam eius res a Dijs immortalibus

Frugalitas & temperantia

Bonis nequit mali euenire

negligentur. q̄ si non nunquam ideo miseri uiri boni pu-
tantur: q̄ domesticarum rerum angustia premi uideantur:
hoc existimare debemus: nihil ad probos uiros magis atti-
nere: quam cupiditates suas intra naturalia desideria con-
tinere. quæ exiguis admodum obuiisq; ac paratis contenta
sunt. nec nos lateat haud facile euenire: ut qui longe ditissi
mus locupletissimusq; sit idem uir bonus esse possit. fœlicē
enim simul & bonum aliquem fieri necesse est: q̄ ditissimū
uero atq; optimum impossibile. q̄ si opibus affluentes mi-
nime boni sunt: nec fœlix esse quisquam nisi uir bonus po-
test: superest ut opulentissimum quemque miserum esse
credamus. præstat igitur paupertatem quam diuitias cole
re: quæ & bonos uiros reddit & propterea ab omni pertur
batione securos. εἴργεσθαι σαυτόν. i. te ipsum comprime: o prę
ceptum memoria & cogitatione quotidie repetēdum: quid
enī magis uirum sapientissimum decet: quā affectibus non
obtemperare: q usque adeo non nunq̄ præcipites homines
trahunt: ut iracundia insaniant: luxuria efferentur: metu
exanimentur: letitia inaniter exultent: inuidia torqueātur.
nec non & cæteris perturbatiōibus de statu fœlicitatis de-
turbentur: unde difficilius esse se ipsum quam hostem uin
cere ex apollinis delphici oraculo editū esse credere par est.
ψεῦδος ἄν περί τι λέγηται πράως ἴσχε. i. mēdacii si qd dictū
fuerit benigne ac patienter feras docet Pythagoras Teren
tianum illud sequendum obsequium amicos: ueritas odiū
parit nam si confutare mentientes uoluerimus: plures ini-
micos quam amicos nobis comparabimus. ὅ δ' ἦτοι ἐξέεις ἐπὶ
παντὶ τελέσω. idest q̄cquid dixeris omnino perficiendum
stude aliud. n. ducere: & aliud facere: nec cum uerbis acta
concordare summæ leuitatis argumētum est: nec q̄cquam
in magis

mihi magis uitandum uidetur: quã quod a pessimo quoq; usurpatur. Qui dum in denegando pudore haud necessario detinentur ea audent polliceri quæ nunquam sunt postea præstaturi: cæterum quum promissa perficiendi tẽpus est: tunc necessario perfidiam suam aperiunt Achilles ille Homericus quanto illud hominum genus odio prosequeretur his uerbis optime indicauit. ἐχθρὸς γάρ μοι κεῖνος ὁμῶς ἀΐδαο πύλῃσιν ὅς χ' ἕτερον μὲν κεύθει ἐνὶ φρεσὶν, ἄλλο δὲ εἴπῃ. hoc ẽ eque mihi inimicus ẽ is: q aliud in lingua prõptũ. aliud in pectore clausum habet: ac plutonis fores itaq; dictis facta respõdeãt oportet: si uiri boni phiberi cupimus. πρῆξαι μηδὲ ἓν τῶν ὅτι τοι μὴ βέλτερον ἐστι. idest quicq̃ nec dixeris nec feceris quid te non sit meliorem facturum salutare præceptum: & a quo sapientissimus quisq; minime recedit est. n. prudentissimi uiri pensiculate qcquid agit agere: nec ullam omnino aggredi rem: quæ sit paulo post penitenda. dicendiq; duo hæc tempora maxime obseruare: uel cum de rebus sibi recte cognitis dicendũ sit: uel cum loquendi necessitate urgeatur in his nãq; solis orationem silentio esse potiorem non ignorat. in reliquis uero tacer̃ q̃ loqui multo melius nouit. & quod maximi faciẽdũ est dicenda tacẽdaq; callet. βουλεύου δὲ πρὸ ἔργου ὅπως μὴ μωρὰ πέληται. i. priusquã quid incipias consulta ne fatua peragas consilio utendum in rebus agendis docet Pythagoras: nam quæ consulto matureq; aggredimur quin recte succedant uix fieri põt. unde Isocrates. βουλεύου πολλὰ πρὸ τοῦ λέγειν τι ἢ πράττειν· οὐ γὰρ ἕξεις ἄδειαν ἀνακαλέσασθαι τὰ λεχθέντα. i. priusq̃ qd aut dicas aut facias diu ꝯsulta: neq;. n. dicta reuocãdi dabit̃ facultas. q̃ uero temer̃ nulloq; ꝯsilio agunt̃: male eueniãt necesse ẽ. πρᾶττε δὲ μηδὲν ὧν μὴ ἐπίστασαι, ἀλλὰ διδάσκου ὅσα χρεών.

idest nihil quod ignores facias sed disce quæcũq; oporteat nam hoc pacto nihil non recte ages. Quid.n.potest recte quod ignoretur agi? nec si quid te p̃terit discere erubescas: tam diu.n.discendum. est quam diu nescias: uel ut rectius dicã q̃ diu uiuas. εἰθίζου δὲ δίαιταν ἔχειν καθάριον ἄθρυπτον. .i.lauta minimeq; delitiosa utere diçta quod prçceptum qs obseruauerit: inueniet profecto nihil esse quod ad bonam ualitudinem conseruandam magis conducat. qua enim re Asclepiades ille prusiensis cum fortuna sponsionem facere ausus est: ne medicus crederetur: si unquam inualidus ullo modo fuisset? ipsa una nempe qua tota uita sua utebatur Diæta.nam uentri gulæq; tantũ indulgebat quãtũ necesse erat: cibisq; uoluptati potius quam necessitati exquisitis nequaq̃ inseruiendum censebat: quos corpori multo magis nocere quã prodesse nouerat. Quid.n.bonam ualitudinẽ ocyus destruit: quã nimia exquisitorũ ciboꝝ ingurgitatio: ambitiosaq; fames. quæ paruo nũquã est contenta paratu. postea uero quã indiçtç mẽtionẽ incidimus: quid sit diçta: & unde dicatur paucis accipe. Diæta cœnaculum est ĩ quo æstate cçnatur: ad umbram: hyeme ad solem: quod & cæna tio dicitur. Varro ita appellatam existimat quod in ea die ædatur: in hortis fere ædificari solebat. hinc Diætarij uoca bantur qui in aliena cænacula furandi gratia se dirigebant: quos Vlpianus plus quã fures scribit esse puniẽdos: Diçta etiam diarium hoc est unius diei cibum significat suidas. δίαιτα παρὰ τὴν διὰ πρόθεσιν καὶ τὸ ἰέναι αὐτῷ καὶ διαιτητής, σημαίνει δὲ τὴν διαγωγὴν καὶ τὴν κρίσιν. Quibus uerbis colligit Dietã ꝓ iudicio: & diætã ꝓ arbitrio accipi debere: nec nõ & uitã.i. Victus legẽ: ac rationẽ diætã significar: in quo significatu hoc loco accipere necesse est. καὶ πεφύλαξό γε ταῦ

τὰ ποιεῖν ὁπόσα φθόνον ἔχει.i.ea facere ſtudeas que inuidiam moueant quo prçcepto ut uirtuti ícumbamus boniſq; arti bus operã demus nos Pythagoras monet:neq;.n.ignorabat unã uirtutẽ eſſe quæ & ſolidã fœlicitatẽ pſtaret: & inui diã ppterea pareret.Quis.n.miſeris maliſq; artibus ĩbutis ĩuidet?nemo pfecto.unde nõ ĩmerito ſola miſeria carere in uidia dicit̃:eſt que in pbris ĩuideas omnibus ĩuideat tibi ne mo. μὴ δαπανᾶν παρὰ καιρὸν μὴ δὲ ἀνελεύθερος ἔσθι μέτρον δ' ἐπὶ πᾶσι ἄριστον.i.nec ſumptus ĩportune facias nec illiberalis ſis modus.n.ĩ oĩbus optimus.effuſã nimis pdigalitatẽ:tenacẽq; auaritiã fugiendã docet philoſophus:mediũq; oĩno tenẽdum:qđ uirtutis ẽ.nam cũ oĩs uirtus duo℞ extre mo℞ ſit liberalitas quæ inter pdigalitatẽ & auaritiã mediũ teneat locũ:uirtus dicenda ẽ:quã tota mẽte amplecti debemus:quũ pſertim duo eius fontes oppido q̃ probabiles ſint uerũ.s.iudiciũ:& honeſta beniuolẽtia:qbus impellimur ut ĩ eos liberales ſimus:qui de nobis benemeriti ſunt:quoſq; honeſtiſſimos amicos nouimus:tãtũq; elargiamur:quantũ facultates nr̃æ patiunt̃.eſt.n.pdigalitati atq; auaritiæ renũ tiandũ:qua℞ altera nimio plus quã ſatis eſt ſemp pfundit: altera nec habẽdi fructu fœlix:& cupiditate quærẽdi miſer rima cõparãdis pecunijs modũ imponer̃ neſcit:unde lucianus haud ĩmerito hoc epigrãmate illũ appellat ſapientem qui ſe ĩtra ſumptus ac parſimonię modũ teneat.

ὡς τεθνηξόμενος τῶν σῶν ἀγαθῶν ἀπόλαυε
  ὡς δὲ βιωσόμενος, φείδεο σῶν κτεάνων.
ἔστι δ' ἀνὴρ σοφὸς οὗτος, ὃς ἄμφω ταῦτα νοήσας.
  φειδοῖ, καὶ δαπάνῃ μέτρον ἐφηρμόσατο.

Itaq; medio tutiſſimus ibis. μὴ δ' ὕπνον μαλακοῖσιν ἐπ' ὄμμασι προσδέξασθαι πρὶν τῶν ἡμερινῶν ἔργων τρὶς ἕκαστον ἐπελθεῖν πῆ παρέβην τί δ' ἔρεξα τί μοι δέον οὐκ ἐτελέσθη.i.

Nec somnum mollibus oculis prius iducas. q̄ ter operum diurnorum singula animo percurras: quo profectus? quid egi? quid imperfectum reliqui? Hoc p̄ceptum cum ad uitę solertiam: tum uel maxime ad memoriam excolendam p̄tinet: quod Ciceroni usq; adeo placuit: ut i catone maiore id laudauerit: & ex p̄sona catonis obseruauerit. Pythagoreorum inquiens more quicquid in die dixerim: egerim: audierim comemoro uesperi. Aristoteles quoq; p̄cipit egredientem domum agenda præmeditari: ingredientē actorum reminisci oportere. δειλὰ μὲν ἐκπρήξας ἐπιπλήσσεο· χρηστὰ δὲ τέρπου·

Timida ac turpia cum egeris stupeas: cum uero honesta lęteris. Quæ procul dubio uirtutis ac malitiæ præmia sunt: quid.n. ex malis operationibus scelestissimi ac turpissimi homines p̄ter q̄ male conscientiæ tormenta consequūtur: rursus nullum est perfectum gaudium ni a solida uirtute proficiscatur. nec ulla est maior oblectatio quā bene actæ uitæ recordatio. ταῦτα πόνει ταῦτ' ἐκμελέτα τούτων χρὴ ἐρᾶν σε· ταῦτά σε τῆς θείης ἀρετῆς εἰς ἴχνια θήσει· ναὶ μὰ τὸν ἁμετέρᾳ ψυχᾷ παραδόντα τετρακτὺν παγὰν ἀενάου φύσεως. hæc elabora: hęc meditarī: hæc te amarī oportet. hæc te ad uirrutis diuinę uestigia ducent: ita certe p̄ eū qui aīæ nostræ p̄ennis naturæ quaternū p̄buit fontem hæc inquit si secutus fueris: te ad inclytā uirtutis semitam perducent: idq; iureiurando affirmat: deū testando qui animā nostram numero composuit quaternario Pythagoras.n. causas omnium rerū numeros cēsebat: qua re animā quoq; humanā numeris cōstare arbitrabat̄. in qua opinione Xenocratem quoq; fuisse tusculanarum libro primo docet Cicero. ἔρχου ἐπὶ ἔργον θεοῖσιν ἐπευξάμενος τελέσαι. i. ad opus faciendum accedas cum diis supplicaueris ut id perficiāt. haud fugiebat Pythagoram immortales

deos omnia moderari: nihilque omnino esse quod numine diuino non gubernaretur. itaque nobis eos inprimis precibus conciliandos censuit: ut eorum benignitate ac clementia quicquid auspicaremur ex sententia succederet. nam quanto quis cælestibus obsequentius paret: atque obtemperat: tanto sibi magis præsentes experitur. τούτων δὲ κρατήσας γνώσῃ ἀθανάτων τε θεῶν θνητῶν τ' ἀνθρώπων σύστασιν ᾗ τε ἕκαστα διέρχεται ᾗ τε κρατεῖται idest. Hæc consecutus cognosces immortalium deorum mortaliumque hominum concordiam quemadmodum singula pertranseant & quemadmodum consistant qua cognitione nihil homini gratius nihil conducibilius esse posset. γνώσῃ δ' ἣ θέμις ἐστὶ φύσιν περὶ παντὸς ὁμοίην. i. cognosces ut fas est naturam in omni re similem. γνώσῃ δ' ἀνθρώπους αὐθαίρετα πήματ' ἔχοντας. i. cognosces autem homines spontanea habentes detrimenta quod delphico oraculo uerius est: multo. n. sæpius mortales in clades ac calamitates sua incurrunt proteruitate: quam temere incidunt: quas quum æquo animo ferre non possunt: tunc fortunam ac deos incusant: conuitiisque lacerant: perinde ac si mala omnia diuinitus ipsis ingruerent: ac non maximam malorum partem sibi ipsis procacitate sua quærerent: quod ita esse iupiter optimus maximus apud homerum his uerbis testatur. ὢ πόποι οἷον δή νυ θεοὺς βροτοὶ αἰτιόωνται, ἐξ ἡμέων γάρ φασι κάκ' ἔμμεναι οἱ δὲ καὶ αὐτοὶ σφῇσιν ἀτασθαλίῃσιν ὑπὲρ μόρον ἄλγε' ἔχουσι. que uerba significant mortales non nunquam accusare deos: quod ab ipsis mala sibi esse dicant: cum sua ipsorum temeritate supra sortem miserias habeant: o te fœlicem homerum: cui ea cecinisse contigerit: quæ ne a Ioue quidem optimo maximo uerius ac diuinius proferri potuissent: quid. n. superbum Tarquinium a regio fastigio deturbauit: nempe efferati eius mores: carnifexque ingenium. Quid Hanibalis carthaginensium

Ducis ferociſſimos ac uiolẽtiſſimos animos cõtulit? nõ ne
pfidia illa plus quã punica:nulluſq; deorum metus. Quid
carthaginenſes ipos:nomẽq; punicũ deleuit? præſecte pro-
culdubio illę Attilij reguli palpebrę ſtimuliq; pacuti:qbus
uigilãtia ſimul & continuo doloris tractu necatus eſt.quid
Aſyriorũ imperium ad Medos tranſtulit.Sardanapali me-
diuſfidius efæminati penituſq;.corrupti mores: quid Man
lium capitolinũ de ſaxo Tarpeio præcipitauit? penates di-
ruit? bona publicauit? nimia profecto animi elatio: regniq;
affectati quam efrenata ſuperbia contraxerat ſuſpitio:quid
deniq; romanorum fere oẽs principes pcipites dedit? quid ĩpe
rium ſecundum deos maximũ confregit? deſidia uidelicet
pro labore:pro continẽtia & æquitate libido:atq; ſuperbia:
& ex abundãtibus uoluptatibus per luxum atq; libidinem
perundi perdendiq; omnia deſiderium. deſinamus igitur
Deorum inſimulationem: & in quas incidimus erumnas
non fortunæ:non ſideribus non deorum deniq; uoluntati:
ſed noſtris aſcribamus delictis: noſtris imputemus ſceleri-
bus: uolunt ariaſq; & flagitijs noſtris quæſitas calamitates
nos continue pati non ignoremus. Τλήμονες οἱ τἀγαθῶν,
πέλας ὄντων οὔτ᾽ ἐσορῶσιν οὔτε κλύουσι λύσιν δὲ κακῶν παῦροι
συνίσασι Τοίη μοῖρα βροτῶν βλάπτει φρένας: id eſt Miſeri
mortales qui bona prope preſentia neque inſpiciunt neq;
audiunt: malorum uero ſolutionem pauci admodum in
telligunt: talis ſors mentes lædit. Mortalium condicio-
nem contemplatus Pythagoras: eos imprimis miſeros ap-
pellat:qui bona quoq; quæ adſunt minime cernũt:nec quo
pacto ſe malis eripiant animaduertunt.cum ſit uiri.Prudẽ
tis nõ quod ante pedes modo eſt uidere: ſed etiam illa quæ
futura ſunt proſpicere.itaque ſe e malis euoluere:ut fortu-

næ incursus contempsisse omnino uideatur. οἱ δὲ κυλίνδροις ἄλλοτ' ἐπ' ἄλλα φέρονται ἀπείρονα πήματ' ἔχοντες: id est non nulli cilindris similes modo huc modo illuc feruntur maximos atq; infinitos habentes dolores dij nos quasi pilas homines habent inquit Plautus. q nos in sublime nunc iaciant: nunc ex altissimo dignitatis gradu ad infimum pcipites dent: nec in una sede diutius cōsistere permittant: sed aut pilarum aut ut inquit Pythagoras Cylindorum more modo in hanc: modo in illam partem & proijciāt & trahāt: ut sæpenumero honestissimos uiros humi prostratos: scelestissimos ad summū fastigium sublatos uideamus. unde quam uerissime Aristo dixit. ἔοικεν ὁ βίος θεάτρῳ· διὸ πολλάκις χείριστοι τὸν κάλλιστον ἐν αὐτῷ κατέχουσι τόπον: id est similis est uita Theatro: hinc est: quod pessimus quisq; Pulcherrimum in eo non nunquam obtinet locum. quod usq; adeo uerum ac notū est: ut nulla sit regio nulla ciuitas quę huiusmodi exemplis nō plusquam satis sit abundet. quare non iniuria Diphilus dixisse fertur. ἀπροσδόκητον οὐδὲν ἀνθρώποις πάθος, ἐφημέρους γὰρ τὰς τύχας κεκτήμεθα. Hoc est nihil mali Mortalibus inexpectatum. Diarias enim: ac quottidie mutabiles possidemus fortunas. Apelles quoq; ille nobilissimus pictor cur sedentem fortunam pinxisset interrogatus. nunq̄. n. stetit respondisse dicitur. humanarum rerum uolubilitatem atq; inconstantiam innuens. quæ incertæ uarięq; fortunę nutu ut multi existimāt gubernant. λυγρὴ γὰρ συνοπαδὸς ἔρις βλάπτουσα λέληθεν σύμφυτος, ἣν οὐ δεῖ προσάγειν, ὑπείκοντα δὲ φεύγειν: id est tristis enim comes inuidia nocens latuit simul cum homine nata quā admittere haud decet sed accedētem fuger̃ duas esse eridas Hesiodus

vita Theatro similis

nihil inexpectatum

Inuidia

testatur:quarũ altera Aemulatio latine grece. ζῆλος. appellari potest:quã merito. σύμφυτον.i.nobiscum natam hominibusq; Coætaneam existimat. Quid.n.aliud significarẽ uoluit Hesiodus cũ hãc ex obscura tenebrosaq; nocte priusquam altera existeret genitam cecinit? Quam & tempore & auctoritate multo hanc esse altera potiorem:quippe quę ex illa indigesta mole chaoq; una cum homine orta sit: oĩa enim bona cum homine nascuntur : mala uero ascita accersitaq; sunt. hæc est quam amplecti fouereq; debemus. sola enim Aemulatio agricolas:laboriosos ciues studiosos : Imperatores uigilantes reddit. nam & uicinus uicinũ:figulus figulum:faber fabrum:poeta poetã:orator Oratorẽ æmulatur. nihil deniq; est quod hoc certaminis genere homini melius esse possit. nã quid humanũ genus ad bonas artes capescendas æmulatione magis impellit? Qua medius fidius optimus quisq; maiores suos gloria si superare nõ datur : æquare saltem studet. licet enim Homerus dixerit. παῦροι γάρ τοι παῖδες ὁμοῖοι πατρὶ πέλονται οἱ πλέονες κακίους παῦροι δέ τε πατρὸς ἀρείους.i. pauci admodũ filij similes patri existunt : plures deteriores : pauci uero pr̃e meliores. Aemulatione tñ uirtutis q̃ sæpissime efficitur : ut a parentibus liberi non modo non degenerasse:sed & eorum memoriam illustrasse uideantur:altera est:quam ut græci. φθόνον. ita nos inuidentiam uocitabimus: hanc ut declinemus fugiamusq; monet Pythagoras:quam licet Hesiodus multo æmulatione posteriorem tradiderit tamen. σύμφυτον τοῖς ἀνθρώποις.i. una cum hominibus genitã testatur nouerat.n. Pythagoras quod uulgo nunc quoq; dici solet mala quam bona facilius percipi:mentesq; humanas ad uitia quam ad uirtutes multo esse procliuiores. itaq; τὴν κακὴν ἔριδα. idest

inuidiam

Emulatio

pauci patri similes

inuidiam generi humano coætaneam dicere nõ dubitauit: quæ quã ſit homini cũ pernicioſa tum peſtifera Horatius his uerbis teſtatur. inuidia ſiculi non inuenere Tyranni maius tormentum: hippothoon quoq; inuidiæ prauitatem non ſiluit his etenim uerbis in eam inuehitur. φθόνος κάκιστος καὶ ἀδικώτατος θεός· κακοῖσι χαίρει καὶ ἀγαθοῖς ἀλγύνεται. i. inuidia peſſimus & iniquiſſimus deus nam & malis gaudet & bonis triſtatur at Democritus. φθόνος στάσιος ἀρχὴν ἀπεργάζεται. ideſt inuidia ſeditionis principium efficit: quid Plutarchus de inuidia? non ne Pythagoræ aſtipulatur? ait enim. φθόνος δὲ ἀρχῆθεν συμφύεται ἀνθρώπῳ. i inuidia ab initio naſcitur cũ hoĩe: ĩ eã itaq; hac uti exclamatione libet: Inuidiam omniũ malorũ fabricatricẽ: mortis radicem: multiplicẽ morbũ: cordis acutiſſimũ aculeũ: ſed quid cordis potius q̃ alterius membri ſtimulum dicam: quum Euripides ubi nam ĩ corpore ſedem locauerit ſe dubitare fateatur ait. enim. τίς ἄρα μήτηρ ἢ πατὴρ κακὸν μέγα βροτοῖς ἔφυσε τὸν δυσώνυμον φθόνον; ποῦ καί ποτ' οἰκεῖ σώματος λαχὼν μέρος; ἐν χερσὶν ἢ σπλάγχνοισιν ἢ παρ' ὄμματα ἔσθ' ἡμῖν; ὡς ἦν μόχθος ἰατροῖς μέγας τομαῖς ἀφαιρεῖν, ἢ ποτοῖς ἢ φαρμάκοις πασῶν μεγίστην τῶν ἐν ἀνθρώποις νόσων. i. quæ nam mater aut pater malũ magnum mortalibus genuit infamem ĩuidiam? ubi & quando corporis ſortita partem habitat? in manibus aut uiſceribus? aut ad oculos eſt nobis? quam erat medicis labor magnus: ſecutionibus auferre: uel potiouibus: uel medicamentis omnium maximũ in hominibus morbum. fugiẽda eſt igitur inuidia ut & Pythagoræ audientes ſimus: & uitæ tranqlitati cõſulamus. Ζεῦ πάτερ ἢ πολλῶν τε κακῶν λύσειας ἅπαντας ἢ πᾶσι δείξαις οἵῳ τῷ δαίμονι χρῶνται. i. iupiter pater aut multis ſolueres mortales omnes malis: aut omnibus

quo utantur dæmone indicares: quod si esset nullus profecto non faustam ac fœlicem degeret uitam: omnes enim quid fugiendum quidq; sequendum esset bono fauente dæmone plane teneremus: nunc uero incertis huc atq; illuc uersamur casibus. cum modo bono ac propitio Dæmone subleuemur: modo maligno iniquoq; deprimamur: ꝗ si uirtutem bono aspirante Dæmone complecteremur: solidam ac firmam sortiremur sedem. nam cætera omnia falsa: incerta: caduca: mobiliaq; sunt: Virtus ē una altissimis defixa radicibus: quæ nulla prorsus ui labefectari potest: nullo unquam dimoueri loco. hæc grandem cum uult: sibi cōparat pecuniam: ingentes assequitur honores: maxima parit imperia. hæc demū ad summū illud quod omnia expetunt bonum perducit. ἀλλὰ σὺ θάρσει ἐπεὶ θεῖον γένος ἐστὶ βροτοῖσιν οἷς ἱερὰ προφέρουσα φύσις δείκνυσιν ἕκαστα. idest sed tu confide: quandoquidem diuinum ē mortalibus genus: quibus sacra offerens natura ostendit singula. nobis omnino bene esse sperādum admonet Pythagoras: cum humana natura diuinitatis sit particeps: per quam nihil tam arduum est: ac difficile quod non facile cōsequamur: per hanc. n. signiferi obliquitatem intellexisse: hoc est reꝝ fores aperuisse Anaximander Milesius primus tradit̄ Olympiade. lviij. Signa deinde in eo Cleostratus: sphæram ipsam ante multo Atlas Prometheus. τὴν γραμματικὴν φιλοσοφίαν. adinuenit. unde homines formasse: ꝓ rudes aliquos philosophiā docuerit: fabulata ē antiquitas. Argus τὴν τεχνικὴν ἐπιστήμην excogitauit inde ꝓ circūspectissimus esset oculeus habitus. per hanc omnium pene naturæ rerum rationem reddidere philosophi: hac adiuuante cælestia contemplari: terrena despicere discimus. hinc litterarum inuētiones artiumq; ac disci

plinarũm omnium excogitationes duxerẽ originem:potuit ne unquam ut gramaticen aliasq; disciplinas omittamus: Astrologia absq; ulla diuinitate comprachendi? minime inquam minime:immo eius inuentores plus multo diuinitatis in se habuisse quam humanitatis credẽdum est: itaq; nõ immerito Ouidius fastorum libro primo eorum ingentem uirtutem admiratus ait:fœlices animæ quibus hæc cognoscere primum inq; domos superas scandere cura fuit:credibile ẽ illos pariter uitijsq; iocisq;.

Altius humanis exeruisse caput.
Non uenus:& uinum sublimia pectora fregit.
Officiumq; fori:militiæq; labor.
Nec leuis ambitio:perfusaq; gloria fuco.
Magnarumq; fames sollicitauit opum.
Admouere oculis distantia sidera nostris:
Etheraq; ingenio supposuerẽ suo.

nõ est igitur desperãdũ: quin diuina quæ in nobis est ratione aspirante possimus ea oĩa quæ ad rectum uiuendi tramitem spectant dignoscere. ὧν εἰ σοί τι μέτεστι κρατήσεις ὧν σε κέλευω ἐξανύσας ψυχὴν δὲ πόνων ἀπὸ τῶν διασώσεις. idest quorum si fueris particeps uinces quæ te iubeo cum curaueris. animam autem laboribus ab istis liberabis. est itaq; summo elaborandum opere: ut horum: Pythagora suadente: fiamus participes: & quæ ipse imperat facilius exequamur:maxima enim ac diligenti adhibita Curatione animam omni solicitudine atq; anxietate soluemus. ἀλλ᾽ εἴργου βρωτῶν ὧν εἴπομεν ἔν τε καθαρμοῖς ἔν τε λύσει ψυχῆς κρίνων. idest sed cibis tempera quos diximus inque purgationibus inque animæ solutione diudicans. quod cum necessarium tum uel maxime saluberrimum est consilium. siue ad superiora id referas siue fabam

Faba

innuat:Pythagoricis.n.interdictum erat ne faba uescerent̃ siue ꝙ habet inflationem magnam is cibus tranqlitati mẽtis quærenti uera cõtrariam:siue ut apđ Lucianũ pythagoras fatetur:ꝙ athenienses pro suffragijs fabis uterentur.nã ꝙ animatis abstinerent quis dubitat. καὶ φράζευ ἕκαστα ἡνίοχο· γνώμην στήσας καθ ὕπερθεν ἀρίστην. idest & singula considera aurigam consilium optimum preficiens.quod si fecerimus:nunquã a recta uiuendi ratione aberrabimus:iudicio.n.humanorum affectuum habenas continente nihil non recte administrari potest.ἢν δ᾽ ἀπολείψας σῶμα ἐς αἰθέρ᾽ ἐλεύθερον ἔλθῃς ἔσσεαι ἀθάνατος θεὸς ἄμβροτος οὐκ ἔτι θνητός. idest quod si cum corpus reliqueris ad purum æthera ꝑuenies eris immortalis deus ĩcorruptibilis non amplius mortalis: admirabilem aureorum carminum conclusionem: qua docet Pythagoras hominũ animos esse diuinos: iisq; cum e corpore tandem excesserint reditum ad cælũ patere: quẽ quidẽ optimo ac iustissimo cuiq; quã expeditissimum esse credendum est: sunt itaq; optimi ac sapientissimi philosophi præcepta memoriæ mandanda:omniq; & tempore & loco seruanda ut ad illam cælestem sedem animus noster: quem Euripides quoq; deum appellare haud dubitauit: aditum faciliorem consequatur.

Inmortalitas

LAVS DEO.

Mediolani impressum ꝑ Io. de Castelliono ĩpẽsis
Andreæ Calui.Anno.Dñi.M.ccccc.xxi.
Mensis Iulij.

Opus de nimia obsoniorum appetentia per Stephanum Nigrũ de Musonio græco excerptum. & illustrissimo uiro Ant. prato utriusq; gallię magno cãcellario dicatũ.

STephanus niger Illuſtriſſimo uiro Ant.prato utriuſq; Galliæ magno cancellerio.S.P.D.in referenda tuis erga me meritis gratia uir eminentiſſime:medicorum præſtantiſſimos emulari conſtitui.nam ut illi pro morborum ratione remedia conantur adhibere,ita nos quoq; pro græcæ lectionis annuo ſtipendio,quod ſublimitati tuæ acceptũ referimus: de græcis authoribus q̃ plurima memoratu digna excerpere:tuæq; excellentiæ dedicare pro uirili conati ſumus.quæ ſi tuis in me officijs non uſq; quaq; reſpondebũt: tuum erit cupienti quæ ſupra uires erant:ignoſcer̃.nec me: ꝙ in debito officio exequendo. tardus aliquãtulum ſublimitati tuæ uiſus fuerim propterea accuſes: eo nãq; morbo ſuperiore anno laboraui:ut uix publicis lectionibus uacar̃ potuerim.deinceps deo optimo maximo fauente: alia ſub excellentiæ tuæ nomine in lucem edemus modo excellẽtia tua det operam: ut(ſi noſtri labores id merentur)ſtipẽdiũ noſtrum augeatur: quo me penitus ĩ libertatem uẽdicem.

Vale & Stephanum tuum quantum debes dilige.

TVrpissimum est īquit Gastrimargia:& opsophagia: nec ē īuenire qui hoc audeat negare. Qui uero quonam pacto hæc effugiāt & atq; declinent meditentur: oppido q̄ paucos nouimus. Quinimo & absentia huiscemodi esculenta appetentes:& præsentibus minime parcentes q̄plurimos cernimus: adeoq; intēperanter his per q̄ sæpe fruētes: ut maximam ingerant corpori detrimenta. Quid enim est aliud gastrimargia: q̄ ad cibum sumendum intemperantia quædam: cuius causa ciborum dulcedinem homines utilitati præponūt. Opsophagia quoq; quid aliud esse dici pōt? quam nullum in obsoniorū usu modum tenere: quod cum ubiq; intemperantia euidentissimū sit malum: in hoc tamē suam præcipue ostēdit naturam. Quippe quæ exquisitissimis obsonijs deditos humanitatē exuere: in turpissimasq; degenerare feras homines cogat: suibusq; ac canibus similes reddat. Vsq; adeo enim hac obsoniorum uoluptate stupescunt: ut manus: oculos: pedesq; deturpētur. Quod aūt ita sit: facile ex hoc datur intelligi: q̄ animalibus ratione carentibus potius: q̄ prudentibus uiris nos similes facit. Hoc itaq; turpissimo existente: honeste: moderateq; uiuere sit optimū necesse est: maximāq; in hoc tēperātiam ostēdere: quod proculdubio haud facile est. Multa. n. cū diligētia: tū exercitatione indigere uidetur. Sed quid hoc? Quoniā cū multæ sint uoluptates: quæ peccare atq; errare hominibus persuadeant: sibiq; prę̨ter utilitatem parere impellant. Hęc quæ ad alimenta spectat uoluptas: cæterarum omniū maxime inexpugnabilis esse solet: ī alijs siquidem uoluptatibus rarius uersamur & a nō nullis mēses ītegrosq; ānos nosmet ipsos possumus continere. Hāc uero per singulos experiri

Gastrimargia

Opsophagia

dies neceſſe eſt: & frequēter bis uno quoq; die nos laceſſit: neq; enim homini ſecus uiuere datum eſt. Itaq; quo ſæpius ciborum uoluptatem experimur: eo plura nobis ab ea īminent diſcrimina. Et profecto unicuiq; alimētorū oblationi non unū: ſed multa īſunt erroris pericula. Qui enim plura q̃ cōueniat comederit peccabit. Quiq; in edendo feſtinauerit: non minus: & qui ſe obſoniis magis q̃ deceat inquinauerit: & qui dulciora: ſuauioraq; eſculenta ſalubrioribus præpoſuerit: nec non & qui non eadem: quæ ſibi. omnibus cōuiuis appoſuerit. Eſt uero alius quoq; circa dapes error: cum præter tempus eas apponimus: cūq; aliud agere oporteret: ommiſſo eo gulæ indulgemus. Tot ac tantis circa alimenta erroribus exiſtētibus: his omnibus eū uacuum eſſe oportet: nulliq; omnino obnoxiū: q cūq; modeſtus ac frugi & eſſe & haberi uoluerit. Erit autem his omnibus penitus ſolutus ac liber quicūq; cibum nō ut gaudeat: ſed ut uiuat ſumpſerit: nec ut palato gulæq; blandiatur: uerum ut corpus confirmet: ac ſtabiliat. Eſt enim gula nobis a natura ꝓpterea conceſſa: ut alimentoꝝ ſit tranſitus: non uoluptatis inſtrumētum. Vēter uero id humanis corporibus præſtarē uidetur: quod arboribus radices. Quēadmodū enim illæ extrinſecus ſumpta alimenta plantis ſuggerunt: ita & uenter his: quæ ī eū cōgruunt: reliquas nutrit corporis partes: utq; his rurſus ſubminiſtrationis cauſa nutriri contigit: & nō uoluptatis: ita & nobis uitæ: eſtq; homini medicina cibus. Quocirca nobis comeſſe ut uiuamus: nō ut gaudeamus cōuenit: ſi ſocratis ratione memoratu digna uti uolumus: qui ait: multos quidē homines ut comedāt uiuere: ſe autē comeſſe ut uiuat. Neq;.n. ſi quis merito uir appellari uoluerit: ſe turbæ ſimilem reddere dignum iudicabit: nec

ut comedat: queadmodum illa: uitam aget: quæ undecũq; lautissimorꝝ exquisitissimorũq; ciborũ uoluptatẽ aucupat̃. Quod autem deus cum hominẽ formasset: salutis potius causa q̃ uoluptatis cibum ac potum ipsi præparauerit: hinc maxime conijcere possumus: ꝙ cũ alimẽtorũ precipuũ in coctione digestioneq; cõficiatur opus: nulla tñ hominibus inde affertur oblectatio: & certe longe plus in eo tẽporis cõteritur: q̃ cum comedimus. Oportebat autem si alimenta nobis deus uoluptatis causa machinatus esset: multo id maius: quo in edendo tantam concipimus suauitatem tempus esse: cum contra q̃ minimũ sit. Obsoniorꝝ autem innumerabilis fit comparatio. Nauigatur eorum causa ad extremas usq; orbis oras mare: Coqui multo sunt agricolis diligẽtiores: nõ nulli uero ut lautissimas sibi cõstruãt cœnas p̃diorꝝ conterunt pretia: nullam corpore ex hac tam præciosa ciborum exquisitione sibi utilitatẽ contrahẽte. Quinimo multo hi quidẽ sunt robustiores: qui uilissimis obuijsq; utunt̃ alimentis. Itaq; plærũq; dominis seruos: urbanis rusticos: opulentibus inopes fortiores ualẽtioresq; uideres: multoq; facilius labores tolerantes: minusq; in opere. faciundo defessos: & rarius ægrotantes: æstusq; ac frigoris: nec non uigiliæ & huiusmodi omniũ patientiores: & profecto licet pari modo ex lautissimo uilissimoq; uictu corpus roboretur: facilimus tamen ac uilissimus eligendus est uictus: quippe q temperantia modestiaq; terminetur. Vt autem omnia: quæ ad uictum spectant paucis colligam: ipsius terminum salutem ac fortitudinem statuendum censeo. Horũ enim causa id demum edendum erit: quod nulla indiget pecuniarum profusione: edentem uero curam adhibere: ne frugalitatis transeat modum: in eoq; laborare: ut multos: idest uulgus

imperitum munditia temperantiaq; præcellat. Hæc Muſonium ſecuti ad amplitudinem tuã ſcripſimus: quæ cum ad ueſcendi rationem pertineant: uiſus ſum operæ precium facturus: ſi his Muſonij ſaluberrimis præceptis: quoſcũq; apud ueteres edaces ac bibaces fuiſſe legerim: addidero. Incipiam autem ab Hercule: quem tantæ fuiſſe uoracitatis Epicharmus in buſiride ſcriptum reliquit: ut inter edendũ molaribus infrenderet: maxillæ ſtriderent: aures mouerentur: guttur intus reſonaret: naribus ſterteret: ſolidaq; interdum membra inhærentibus adhuc carbonibus deglutiret: quæ utiq; ſpectãtibus terrorem ĩcutiebant. Hunc ut Zenodotus ſcribit: Lepreus Canuconis filius: & ipſe edaciſſimus ad uorandi certamen auſus prouocare: per q̃ facile ſuperatus eſt. Matris quoq; ſcriptor præſtãtiſſimus Zenodoto adſtipulatur: qui ĩ Herculis laudatione ait: potionibus etiam cum Lepreo certaſſe Herculem: ſuperioreq; fuiſſe. Homerus Vlyſſem edacem: helluonemq; oſtendit: inquit Athenæus: cum eum ita inducit loquentẽ. ἀλλ᾽ ἐμὲ δορπῆσαι, μὲν ἐάσατε. & cætera quæ ſequunt̃. Theagenes Thaſius athleta ſolus taurũ comedit ut Poſidippus in epigrãmate teſtatur. Milo Crotoniata (ut Hieropolites Theodorus ĩ libris de certaminibus auctor eſt) minas uiginti carnium: edebat totidemq; panum: uini uero tres choas bibebat: in Olympia cum per medium ſtadium taurum quattuor annos natum humeris tuliſſet eundem uno die æpulatus eſt. Titornus quoq; Aetolus ſibi cœnaturo bouem appoſuit: totũq; ut Aetolus Alexander prodidit: priuſq̃ inde ſurgeret deuouit. Aſtyadamas Mileſius ter ĩ Olympico certamine uictor ab Ariobarzane Perſa ad cœnam inuitatus: quæ cunctis parauerat omnia ſe eſurum pollicitus eſt: idq; re ipſa perfecit:

nam quæ nouem conuiuis fuerant parata solus deglutiuit. Persa autem petente: ut uires suas aliqua re ostenderet: ut scribit Theodorus. δαιτὸν τῆς κλίνης περιχαλκόν ὄντα κλασας ἐξέτεινε μαλαξας. defuncti combustiq; ossium uix duæ capaces fuere urnæ Omnes athletæ (ut auctor ē Athenæus) post certamina multnm esse docētur. Quocirca Euripides in Autolyco cecinit innumeris in Græcia malis existentibus: nullum esse athletarū genere deterius. Quippe quod uentri obediret: atq; inutile esset. In Græcos quoq; īuectus est: q͏̄ ad huiusmodi hoīum spectaculū cōuenirent. Heraclitus ἐν τῷ ξενίζοντι. ait mulierē quadam noīe Helenen plurima edisse. Phiromachū uoracissimū fuisse ōndit Possidippus ī epigrāmatibus. Herodotus megarēsis tubicen corpis proceritate trium fuit cū dimidio cubitoꝝ (ut Amarantes Alexandreus ī his: quæ de scena loqtur testat̃) Edebat aūt panum choenicas sex carniū libras uiginti: bibebat choas duas: duabus canebat tubis: in leonis pelle sola dormire cō sueuerat. Cū Demetrius Antigonis filius argos obsideret: nec machinā quādā ἐλέπολιν. noīe muris admouere milites possent: duabus illis inflatis tubis: tantā iniecit uim militibus uocis plenitudine: ut eā cōfestim ad mœnia īpulerit. ἐνίκησε δὲ τὴν περίοδον δεκάκις, καὶ ἐδείπνει καθήμενος. i. Superauit autem Periodon decies & sedēs cœnabat (ut Nestor in theatricis cōmentarijs testatur, Lityersas Midæ nothus filius celenaꝝ in Phrygia existētiū Rex uisu terribilis: atq; īmanis fuit: nec nō & uoracissimus (ut in daphnide sositheus tragicus meminit. Cābles Lydoꝝ Rex: usq; adeo & bibax: & edax fuisse a Xantho iu Lydiacis ꝓdit̃: ut uxorē nocte deuorauerit: & cum mane sibi eius manum in ore inuenisset: se ipm̄ interfecerit. Thys Paphlagonū rex maximus

Helenen
Phiromachus
Herodotus
Cambles rex

helluo a Theopompo fuisse scribitur. Quid de Chærippi ingurgitatione dicam: qui(ut Phœnicides in Phylarcho scriptum reliquit:quicquid apponeretur edebat. Nicolaus peripateticus in centesima tertia memorat historia Mithri datem Ponticum regem argenti talentum proposuisse: qd̄ illi in premiū daretur:qui in edacitatis:ac bibacitatis certamine uictor extitisset:ipsumq; regem in utroq; superiorem factum asserit. Nepotum alrissimum gurgitem se fuisse Timocreon Rhodius poeta & athleta pentathlos suo hoc testatur epigrāmate. πολλὰ πιὼν καὶ πολλὰ φαγὼν, καὶ πολλὰ κακεῖπὼν ἀνθρώπους, κεῖμαι τιμοκρέων ῥόδιος. Quā ī exsaturabilis fuerit uoracitatis Cātibaris Perses hinc facile unicuiq; datur intelligi:q̄)ut Clearchus ait)quoties maxillas nimium mandando defatigatas sentiebat:haud secus cibos hianti infunderent familiares: atq; in aliquod inanimatum uas aliquid īfundere consueuimus. Erisichthon Myrmidonis filius nulla ciborū copia expleri poterat:ut Hellanicus testat̄:& multis carminibus noster īdicat Ouidius: Aethon itaq; dicebatur. Palemon ī nono ad timæum inqt apud siculos esse. ἀλλ' ἀφαγίας ἱερὸν καὶ σιτοῦς δήμητρος ἄγαλμα, ὥσπερ καὶ ἐν σκόλω τῶ βοιωτικῶ μεγαλάρτου καὶ μεγαλομάζου.

Quod profecto indicat tam siculos: q̄ Bœotios uentri ac gulæ fuisse inseruientes:unde prouerbium est. σικελικὴ τράπεζα. hoc est sicula mensa: quod in eos dicitur:qui ī maxima rerum affluentia: summisq; uiuunt delitijs:q̄ Siculorū mensæ lautæ adipatæ:opiparæq; haberent̄. Quod autem Bœotij edaces fuerint: Eubulus ī cecropibus: Diphilus in Bœotio: Mnesimachus in Busiride: Alexis ī Trophonio:& & Achæus in certaminibus testantur. Perpellus quoq; ab Eratosthene: quid sibi de Bœtijs uideretur interrogatus

respōdisse fertur. τί γὰρ ἄλλο, ἢ τοιαῦτα ἐλάλουν οἷα ἂν καὶ τὰ ἀγγεῖα φωνὴν λαβόντα πόσον ἕκαστος χωρεῖ. quę uerba signi ficāt: ea tantum inter se loqui solitos Bœotios: quæ uasa si orationis facultas esset: loquerentur: quantū scilicet unus quisque ciborum caperet: unde non immerito. βοιωτία ὗς. idest Bœotiasus inter adagia recensetur: quod in insensatos: ac penitus rudes dici solet. Nā qui sensus: quę eruditio. in his esse unquam potest: apud quos nulla alia de re: quam de esculentis poculentisque uerba fiant? Alcman poeta se ipsum edacissi mum fatetur. Anaxillas comicus ait Ctesian quēdam cœnę principium nouisse: ignorasse finem: nec non & Cranaum quempiam. Philetæros quoque ī atlanta se ipsum edacē fuisse his uerbis ostendit. κἂν δέῃ τρογχάζω στάδια πλείω Σωτάδου, τὸν Ταυρίτην δὲ τοῖς πόνοις ὑπερβαλῶ· τὸν Κτησίαν δὲ τῷ φαγεῖν ὑπεραμῶ. hoc ē si opus fuerit plura quam Sotades curro stadia: Tauriten laboribus supero: Ctesian uero edendo longe an tecedo. Damippus: qui κεραυνός. idest fulmē cognominatus est maximus fuit ciborum deglutitor: ut Anaxippus in Ce rauno dramate ab ipso Damippo denominato testatur. Atre stidas quidam Mantineus primipilus omnibus edacitate pstitisse hominibus: a Theohilo traditur. Pharsalij polyp phagi: hoc est multum edentes a Mnesimacho in Philippo dicuntur. Quod autem Thessali polyphagi fuisse prodan tur: Crates ī Lamia testatur. ἐπεὶ τρίπηχυ θετταλικῶς τετμημένα. hoc autem dixit: utpote Thessalis carnes ī magna se cantibus frusta: Dicebant præterea. θετταλικὴν ἔνθεσιν. hoc est magnā. Aegyptios Hecatæus Artophagos esse me morat. Aristo philosophus ait Palemonem academicum monere ad cœnam proficiscētes solitum: ut suaues biberēt potiones: non in præsens tantum: uerum etiam in crastinū.

Cleomenes ſpartanus : cum apud ſcythas merum potare dediciſſet: in furorem redactus eſt: ut Lacones affirmãt: qđ Chamæleon Heracleotes in libro de ebrietate memorat. Anacreonti uitio datur: ꝙ temulentus fuerit (ut ĩquit athenæus) cũ eius poemata uino referta ſint: ignorantibus multis: ꝙ cum eſſet in ſcribendo bonus : ac ſobrius ebrietatem ſimulauerit : nulla urgente neceſſitate. Laudibus arguitur uini uinoſus homerus: inquit horatius. Alcæus quoq; uini appetens propterea habitus : ꝙ ſcriptum reliquerit. μηδὲν ἄλλο φυτεύσῃς πρότερον δένδρεον ἀμπέλω. ad cuius ĩmutationem Horatius odaꝝ libro primo inquit. Nullã Vare ſacra uitæ prius ſæueris arborem circa Mite ſolum Tyberis & mœnia Chatili. Lydi: Perſæ: Carthaginẽſes: Celtæ : Iberes: Thraces: Scythæ ebrietate utũtur ut in decimo legum Plato teſtatur. Neſtor illæ Homericus. Γερήνιος. heroum bibaciſſimus habitus eſt: nam omniũ maxime potionibus inſeruiebat: quin etiam ip̃m Agamẽnonẽ: cui ebrietatem obijcit Achilles: bibẽdo ſuperabat. Proteas Macedo bibaciſſimus extitit: ut inquit Ephippus in libro de Alexandri Epheſtioniſq; exequijs: corpore tamẽ ualidiſſimo fuit: ut pote potionibus aſſuetus. Alexander magnus ποτήριον δίχουν. cum petijſſet Proteæ propinauit : ac deinde porrexit: quod Proteas cũ arripuiſſet: maximiſq; regem ip̃m eſſet laudibus ꝓſecutus: totum omnibus applaudentibus hauſit. Mox Proteas ut idẽ poculũ ad ſe ferret mãdauit: iterũq; cũ bibiſſet: regi propinauit: Alexander uero id quidẽ cõſtãti arreptum animo ebibit. ſed facere non potuit: quin protinus caput in puluinum demitteret: poculũq; đ manibus excideret: unde morbo correptus deceſſit: Dionyſio: ut aiunt ĩ ip̃m Alexãdrũ excãdeſcẽte: ꝙ Thebas ſibi p̃riam diripuiſſet. Tãtum

autē uini Alexāder ipē ītérdū īgurgitabat: ut prę ebrietate duos sæpenumero dies: totidēq; noctes somno p̄meret: qđ tam Eumenes Cardianus: q̄ Diodotus Erithræus in diarijs rerū ab Alexādro gestarꝫ tradiderūt. Apud Medeū Thessalū cum cœnaret Alexander: uiginti conuiuis discūbētibus oībus ꝓpinauit: ab oībus æqualia recipiēs (ut Nicobule testat̄. Carsius quoq; Pergamenus in historicis monimentis scriptū reliquit Alexandrū usq; adeo inebriari solitum: ut uehiculo ab asinis tracto ad amicas ꝓficisceretur: quod & Persarꝫ reges: ut idē inquit facere cōsueuerūt. Dareus ille: qui Magos īterfecit in suo sibi monimēto scriptū habuit: ut apud Athenæum legit̄. ἠ δυνάμην καὶ οἶνον πίνειν πολὺν, καὶ τοῦτο φέρειν καλῶς. hoc est poterā multū uini bibere: idq; bene ferre. Ctesias ait apud indos non licere regi inebriari: Persarꝫ uero regi uno die pmitti: quo sacra faciūt soli: quē Mithren appellāt: quod Duris ī nono historiarū his uerbis affirmat. ἐν μόνῃ τῶν ἑορτῶν ἀγομένων ὑπὸ περσῶν τῷ μίθρῃ βασιλεὺς μεθύσκεται, καὶ τὸ περσικὸν ὀρχεῖται a qua saltatione oēs Persę eodē die tēperāt. Nā psæ ut equitationibus: ita & saltationibus maxime studēt. Philippus Alexādri pr̄. φιλοπότης. hoc ē potionis amicus erat: ut tradit Theopōpus sexto & uigesimo historiarū libro. χρὴ πίνειν. dicebat Philippus: hoc ē bibere oportet: cū plusq̄ satis esset: bibere optabat: ut tradit Carystius: satis ē. n. ut Antipater sobrius sit. μεθύσους. appellabat Theopōpus τοὺς φιλοπότας. Dionysiū iuniorē Siciliæ tyrannum ait Aristoteles in Syracusanorum politia oculis uino laborasse. Nam interdum nonaginta dies continuos ebrius erat. Nysæus syracusarum tyrannus: & Apollo crates prioris Dionisij filij ut Theopōpus tradidit: plurimū bibebāt. Timolaus Thebanus oīum maxime uo-

luptatibus inseruiuit:ut Theopōpus ait.Charidamus:quē
Athenienses donarūt ciuitate:semper bibebat:semper erat
ebrius:ut idem Theopompus scribit.Arcadion bibax fuit.
Itē Erysixenus & Alcetas Macedo: qui propterea χώνη de-
nominatus est:ut inquit Polemon : quod chone ori inserta
īfusum cōtinue uinū biberet. Cleomenes lacedemonius cū
esset ebrius:se ipsum gladio īteremit:ut Herodotus scribit.
Ion philopotes fuit:ut testat᷑ Baton.Xenarchus Rhodius
ob nimiā uini ingurgitationē Metretes cognominatus est.
Alexander Magnus in Calani exequijs:qui spōte se in pyrā
coniecerat:gymnicum musicūq; certamen constituit:& cū
Indos uini appetētes non ignoraret : meri quoq; agona ita
proposuit:ut certantium primus talentū:secundus triginta
minas : tertius decem assequeretur:in quo certamine supe-
rior extitit Promachus: ꝙ sex choas bibisset:ut Chares hi-
storicus Mitileneus.auctor est.Dionysius tyrannus:ut re-
fert Timæus:in eo fœsto:quæ χοῶν ἑορτὴ dicitur bibentium
primo auream coronam in premium proposuit:quā Xeno
crates philosophus assecutus Mercurio ī aula stanti statim
imposuit : ut & florea serta sæpius imponere consueuerat:
qua đ re omnibus admirationi fuit.Anacharsis scytes ꝓpo
sito apud Periandrum bibendi certamine omnium primus
factus est ebrius:uictoriæq; premium petijt:tanq̄ illud esset
uictoriæ finis . Cycerinus Aegyptius cum a uatibus audi-
uisset fore:ut cito moreretur : omnibus se se tradidit uolu-
ptatibus multis lucernis præparatis : ad quas noctu quoq;
biberet. Amasim & ipsum Aegyptiorum regē bibulū fuis-
se Herodotus testatur. Nicotheles quoq; Corinthius phi
lopotes ī primis extitit : ut tradit Hermias Methymneus.
Item scottas Creontis filius ueteris scottę nepos adeo uino

lentus fuit:ut pro tribunali in omnium cōſpectu uomuerit domūq; relatus fuerit:ut Phœnias Ereſius litterarū monimentis mādauit. Quod. M. Antonio Triumuiro accidiſſe his uerbis teſtatur Cicero. Tu iſtis faucibus:iſtis lateribus: iſta gladiatoria totius corporis firmitate tātū uini i Hippię nuptijs exhauſeras: ut tibi neceſſe eſſet in populi Romani conſpectu uomere poſtridie. Ariſtus & Themiſon fratres Cyprij genere Antiochi Regis imperiū adminiſtrabāt:ipſe enim: ut Philarchus memorat: maiorem temporis partem ebrius iacebat. Polypotes hoc eſt multibibus erat & Antiochus cognomine ἐπιφανής:q obſes apud Romanos extitit: quem Polybius propterea. ἐπιμανῆ nō ἐπιφανῆ. hoc eſt iſanum non inſignem appellat:ꝙ omnia temere profunderet. Hic eſt qui priuatum quempiam iccirco unguenti liquidi hydriſce pluſq̄ duas choas habente perfundi mandauit:ꝙ cum eum uidiſſet unctum dixerat. μακάριος ἦ ὦ βασιλεῦ πολυτελὲς ὄζει. hoc eſt beatus es o Rex precioſum oles. Antiochus in Antiochia certamina cum celebraret:omnes ſpectatores unxit Crocino unguento cinamomino: nardino: amaricino. Cōuocās aūt eos ad ępulas:iterdū mille nō nūq̄ mille quingenta lautiſſimo p̄cioſiſſimoq; cū apparatu complebat triclinia:miniſtrabat etiam quandoq; cōuiuis: illiſq; æpulātibus ſaltabat. Antiochus ſupioris cognominis: q in Media contra Arſacen pugnauit philopotes erat(ut Poſſidonius Apameus iquit:cui iam capto dixit Arſaces. Tua te ſpes fruſtrata eſt o Antioche:ſperabas.n.magnis te poculis Arſacę regnū exhauſtuꝝ. Antiochus cognomine magnus: qui a Romanis: ut Polybius tradit:uictus ē:cū iam qnquageſimū ageret annū Chalcida Eubœæ ciuitatē ꝑfectus nuptias celebrauit. Nā Cleoptolemi Cchalcidēſis filiā duxit

uxorē:q̄ ipse Eubœam nūcupauit. Duabus igit̄ rebus maximis a se neglectis: libertate. s. quā græcis pollicitabat̄: & bello aduersus Romanos nup susceptο nuptijs uacabat: q; & philopotes esset: & temulētia maxime oblectaret̄. Quare a Romanis bello supatus: Ephesum cum spōsa cōfugit. agron Illyrioꝝ rex ob supbissimos ætolos a se domitos temulentiæ deditus pleuritide morbo correptus īterijt: ut Polybius scribit. Tenthion & ipe illyrioꝝ rex temulētia īpulsus multa cōmisit dalicta. Nā cū die noctuq; ebrius esset: & Pleuraton fratrē Menunij filiā uxorē ducturū īterfecit: & ī subditos carnificinam exercebat. Demetrius: ut inqt Polybius: qui cū Romæ obses esset aufugit: Syroꝝ Rex polypotes maximā diei partem ebrius erat. Olophernes cappadociæ Rex induxit (ut Polybius memorat) τὴν ἰανικὴν καὶ τεχνικὴν ἀσωτίαν. Cleo mulier fuit. πολυπότης. ut scribit Phalæchus in epigrāmatibus. Xenarchus ad indicandam mulierum uini appetentiam fœminam in pentathlo ita nō īuenuste īduxit loquētē. ἐμοὶ γένοιτο σοῦ ζώσης τέκνον ἐλεύθερον ποιοῦσαν οἶνον ἀποθανεῖν. sit mihi te uiuēte o filia ut liberū bibens uinū intereā. addit præterea in eodem pentathlo Xenarchus. ὅρκον δ' ἐγὼ γυναικὸς εἰς οἶνον γράφω. quasi uelit innuere maximū tum esse mulieꝝ iusiurandū: cū p uinum iurant. alexis de græcis loquēs mulieribus ait. γυναιξὶ ἀρκεῖ πάντα ἂν οἶνος παρῇ. i. mulieribus omnia sufficiunt si uinum adsit. Tapyrrhi gens non procul ab Hircania adeo est uini auida: ut Bœton & amyntas testantur: ut nulla alia utātur unctiōe. Ctęsias addit eos esse iustissimos. φιλαλεῖς. Messenioꝝ finitimi potionibus maxime oblectantur. Byzantios adeo esse uinolentos atq; imbelles docet Phylarchus: ut & domos suas cū uxoribus hospitibus locantes in diuersorijs

habitent:& bellica tubam ne in somniis quidem audire patiantur. argiui ac Tirynthij ab Ephipo in busiride ut uinolenti carpuntur. Milesios temulentos & cõtumeliosos esse dicit Eubulus. Eleorum ebrietatem Polemonis epigrãma satis manifeste nobis indicat. ἦλις καὶ μεθύει καὶ ψεύδεται, οἷος ἑκάστου οἶκος τοίη καὶ σύμπασα ἔστι πόλις. Thraces omnes bibaces fuisse memorant: uñ Callimachus. καὶ γὰρ ὁ θρηϊκίην μὲν ἀπέστυγε χανδὸν ἄμυστιν οἰνοποτεῖν ὀλίγῳ ἥδετο κισσυβίῳ. Illyrij cœnãt sedẽtes ac bibũt: uxoribusq; ꝓpinare pulchrum existimant: latissimis uentrem præcingunt Zonis cum bibunt. Eumenes Pergamenus Philetæri Pergami regis nepos temulentia perijt: ut Ctesicles in tertio temporũ tradidit. ποτικόν. nuncupauit alcæus Ganymedẽ. anacharsis docet oculorum quoq; aciem temulentia decipi. Nã cũ in quodam conuiuio: cœnantium quispiam dixisset. Vxorem o anacharsi deformem duxisti: mihi id quoq; uidetur respõdit. ἀλλά μοι ἔγχεον ὦ παῖ ποτήριον ἀκρατέστερον, ὅπως αὐτὴν καλὴν ποιήσω. hoc est sed mihi puer meratius infunde poculũ: ut ipam pulchrã faciã. Sperabat enim fore: ut tunc sibi uenustior uideretur: cum esset ebrius. Aristoteles in libro: quem de ebrietate composuit: peculiare quiddam ac præcipuũ illis accidere consueuisse ostẽdit: qui potionibus ex ordeo cõfectis inebrientur. Nam cum inquit ita usu euenire soleat: ut qui alia quacũq; potione inebriantur: modo ĩ dexteram: modo ĩ sinistrã: nunc proni: nunc supini cadant: ordeacea potione: quam πῖνον. uocant ebrijs factis casus est semper supinus. Ordeaceum autem uinũ. βρῦτον. Sophocles in Triptolemo: Aeschylus in Lycurgo nominant. Hellanicus ex radicibus quoq; brytõ fieri his uerbis ĩdicat πίνουσι δὲ βρῦτον ἐκ ῥιζῶν καθάπερ οἱ θρᾷκες ἐκ κριθῶν. Quod

ex frugibus potus fiant docet Plinius quoq; in.xxij. ut Zythum in Egypto Celia & Cęreaī Hispania Ceruisia & plura genera in Gallia:alijsq; prouīcijs. Scitum ē īquit Plinius Scytharū legati quāto plus biberint: tanto magis sitire Parthos. Sed de bibacibus atq; edacibus satis dictū sit. Nūc ad pocula: quibus ueteres utebant̃ græci recēsenda me utiq; cōuertā. Nam:ut sine poculis potare nō licet:ita potores a poculis seiungere absurdum ē. ποτήρια. hoc est pocula omniū primus amorgius poeta nominauit: dicta sunt autem ἀπὸ τῆς πόσεως. hoc est a potione: hinc Ceres ποτηροφόρος. in achaia colitur. κατὰ τὴν ἀνθέων χώραν. ut Autocrates in secūdo achaicorū memorat. Chameleon Heracleotes scribit græcos ingentia pocula a barbaris accepisse: cū prius modicis uterētur. Nestoris poculū adeo fuisse ingens dicitur: ut iuuenis uix ferret: senex uero ipse facile tolleret. Nā capacibus poculis utebant̃ heroes:unde nō male mihi uidet̃ dicere inqt athenæus:qui magnū poculum argēteū esse puteū dicunt. κύλιξ. hoc est culigna: ut Fœstus Pōpeius interpræ tatur testaceum est poculum. ἀπὸ τοῦ κυλίεσθαι τῷ τροχῷ q᷑ a rota uolutetur:sic denomīatum:unde. κυλικεῖον. locus ubi calices reponuntur:quem nos abacum nominamus: olcœi meminit antiochus in quo pocula detergunt:Cyliscion:ut Pollux scribit:parua est culigna:Cylichnos uero pyxis. Cyliisce quoq; ab eodē inter pocula numeratur. Heracleotæ q̄ ad mōtis Oetæ radices habitāt Cylicrāi:ut inqt Nicāder a quodā calicis gn̄e nūcupati sūt. λιβύων τῶν νομάδων τινὲς: nil aliud præter culignā:gladium & hydriam possident:ut Hellanicus testatur:domos habent culmis confectas:quas umbraum tantum causa secum ferunt. Philarchus in.xxij. historia tradit eum locum. κύλικας. apud Illyrios appellari

ubi Cadmi

ubi Cadmi atq; Harmoniæ monimẽtũ uisitur. Renuenda sunt nobis testacea pocula iquit Athenæus. Nã (ut Ctesias scribit) quemcũq; Rex apud Persas contempserit: is testaceis utitur poculis. Aristoteles in libro de ebrietate inquit. αἱ ῥοδιακαὶ προσαγορευόμεναι χυτρίδες. idest ollulę rhodię denominatę: cum uoluptatis grã ebrietatibus adhibebantur: tum uel maxime q̃ uinum calefacientes minorem inducãt ebrietatem. Myrram enĩ aliaq; huiusmodi ĩ aquam ĩponẽtes coquunt: quæ uino infusa minus inebriant. Pytheas ex Phialea Arcadiæ ciuitate oriundus poculorũ multitudine sibi placebat (ut Harmodius Lepreates memorat. ὁ τὴν κυκλικὴν θηβαΐδα πεποιηκώς inquit Oedipum in filios poculo℞ causa imprecationibus usum: q̃ sibi poculum: quod abnuerat: apposuissent. Acrisius Larisseus multa habuisse pocula a Sophocle traditur. Cilius rhetor Agathoclem iquit tyrãnum aurea pocula ostentantem amicis dixisse. ἐξ ὧν ἐκεραμευσε κατεσκευακέναι ταῦτα hoc ẽ ex his quę dũ figulus erat finxerat: hæc fabrefecisse. Lysimachus Babylonius Himerum non Babyloniorum tantum: sed & σελευκέων regem cũ trecentis ad cœnam inuitauit: singulisq; singula argentea pocula apposuit: omnibus etiam propinauit: & ut secũ inde pocula auferrent mandauit (ut Possidonius historicus auctor est) Capuæ: quæ ciuitas est Campaniæ poculum erat argenteum (ut Athenæus refert (simile Nestoris poculo: litteris inscriptum aureis: tanq̃ Nestoris fuisset. Gyalas appellant Megarenses pocula (ut inquit Philitas. Diuos nomen est poculi: ut Dionysius Sinopeus ostendit dicens. δικότυλοι τρικότυλοι δεῖνος μέγας χωρῶν μετρητήν. est & saltationis genus: ut Apollophanes scribit. ἐν δάλιδι. Telesilla Argina etiam. τὴν ἅλω. hoc est aream appellat dinon.

Cyrenei uero:ut Philitas teſtatur. τὸν ποδονίπτηρα :hoc eſt peluim dimon nuncupant. Depaſtra apud Clitorios pocula nominari ſilenus ac Clitarchus in linguis tradidere. Dacty loton poculum ſic appellatum apud Ionem ĩ Agaménone exiſtimat Epimenes:ꝙ utrinq; auritum eſſe. ἀπὸ τῶν δακτύλων, hoc eſt a dygitis:ꝙ per illas quaſi aures dygiti inſerta rentur. Sunt qui uelint dactyloton ꝓpterea dictum:ꝙ circum ſe formas quaſdam dygitos præſeferentes haberet. Lebetem apyron appellãt poculum ad aquam frigidã exci piendam accõmodatũ : uel ad frigidas potiones deſtinatũ: non nulli pro cornu accipiunt ut ἀπύροτον φιάλην. quæ ex cornu ſit:neq; ad eam cõficiendam ignis adhibeatur. Nam circa moloſſida boues adeo ingentia habẽtes cornua naſce bantur : ut inde pocula Theopompo teſte conficerentur. ueteres boum cornibus bibiſſe refert Athenæus : unde factum eſt:ut nõ ſolum cornua Dionyſio tradãtur:uerum & a poetarum non nullis Taurus uocitetur:& ταυρόμορφος ἐν κυζίκῳ. erectus ſit. Quod autem cornibus biberẽt hoc maxime argumento facile datur ĩtelligi. Nam cum aqua uino imiſcetur nunc quoq;. κεράσαι. dicitur poculumq; ĩ quo id fiat cerater quaſi cæratæ nũcupat̃. Aeſchylus in Peræbeio Perœbos inducit pro poculis utentes cornibus. Athenĩẽſes quoq; argentea conficientes cornua inde bibebãt. Elephas poculum erat, δίκερανον, tres capiens choas:ut Damoxenes ἐν αὑτῷ πενθοῦντι. teſtatur. ἔφηβος. hoc eſt Ephebus nomen poculi eſt:ut Philemon Athenienſis litterarum monumẽtis mandauit. ἡλυποτίδες. Rhodiorũ fuere pocula:ut lyngeus ĩquit ſamius:ꝙ fortaſſe dulces inde potiones biberentut:horum meminit & Epigenes in heroine ſic dicẽs. ψυκτῆρα

ρεῖα κύαθον, κύμβια, ῥυτά, τέτταρα, ἢ λαπαστίδας τρεῖς ἢ θμόν. cratinus tamē iunior. ἢ λυπόπια δω'δεκα. dixit. θηρίκλειοι. pocula erant Athenis aures habentia breues a culignis non multum distantia. ἡρακλεῖον δέπας. poculum herculeum ī quo Oceanum Hercules nauigauit solis fuisse scribit Pisander in secundo heracliæ: id autem ab Oceano Herculem accepisse. Nunquid ꝙ magnis poculis oblectaretur Hercules ludentes poetæ atq; historici nauigasse ipsum in poculis fabulati sunt. Panyassis autem ī primo heracliæ a Nereo tradit Herculem solis phialam accepisse: in Erythiamq; nauigasse. Erythia insula est: inquit Eustathius in atlantico sita mari: in qua Geryones habitabat: ad quam Hercules æneo lebete dicitur traiecisse. Theolytus quoq; unde Eustathius illa fortasse: quæ de lebete dixit: accepit. In Erythiam Herculem lebete traiecisse testatur. Pherecides in secundo historiarum de Oceano locutus addit. Hercules autem in ipsum intendit arcum: perinde ac sagitta petiturus. Sol iubet ab incœpto desistere. Hic autem Timens quiescit. Quare huius rei causa sol Herculi aureum: quod secum ferebat poculum tradit: quo Hercules in Erythiam nauigat. Sed cum iam in altum peruenisset Pelagus: Oceanus Herculem tentans: ipsius poculum concitat: hic in Oceanum dirrigit sagittam: quem Oceanus formidans quiescere iubet. Quod autem sol ad occasum poculo traiciatur his uerbis affirmat. ἅλιος δ᾽ ὑπεριονίδας δέπας ἐσκατέβαινε χρύσεον ὄφρα δι᾽ ὠκεανοῖο περάσας ἀφίκοιθ᾽ ἱερᾶς ἐπὶ βένθεα νυκτός. hoc est sol Hyperionis filius poculum ingrediebatur aureum: ut per Oceanum transiens sacræ adiret noctis ꝓfunda. Antimachus addit illud solis poculum

a uulcano fabrefactũ. Mimnermus solem ait. ἐν εὐνῇ χρυσῇ hoc est in lecto aureo a uulcano ad hunc usum structo dormientem ad occasum transire: poculi: concauam innuens partem. Ethanium poculi nomen est: ut ostẽdit Hellanicus in Aegyptijs dicens in Aegyptiorũ domicilijs iacet phiala ænea: cyathus æneus: sthauium æneum. Hemitomos poculum erat Athenis a figura denominatum: ut Pamphilus in linguis testatur. Thericleus idem est quod Cylix: ut Theophrastus in plantarũ historia tradit. Nam de Therminthe loquens ait: ex ea Thericlos calices tornari: ut nemo a testaceis discernat. Dicitur autem thericleus a thericle corīthio figulo: ꝙ eos omnium primus finxerit. Sũt qui thericleum poculum inde nuncupatum uelint ꝙ δοράς θηρίων hoc est ferarum pelles in eo exprimerentur. Pamphilus Alexãdreus ꝙ Dionysius huiusce poculi libatione. τοὺς θῆρας hoc est feras concitaret: denominatum existimat Adæus idem suspicatur esse thericleon & Carchesium: ꝙ autem differant ostẽdit Callixenus in his: quæ de Alexandra loquitur dicẽs: nõ nullos in pompa fuisse qui thericleos: alios: qui Carchesia ferrẽt. Est & crater thericleus dictus: cuius in Cycno Alexis meminit. φαιδρὸς δὲ κρατὴρ θηρίκλειος ἐν μέσῳ ἕστηκε λευκοῦ νέκταρος παλαιγενοῦς πλήρης ἀφρίζων. Menander fœminino protulit genere: ut Athenæus refert: ἡ χρυσῆ θηρίκλειος. neutro genere dixit Polemon. Isthmion apud Cyprios poculum appellari tradit Pamphilus. Cadũ inter pocula recenset Epigenes in cõmentario dicens crateres: cadi: holcea: crumea. Cadiscus poculi species est: ut Polemon testatur. Cãtharus nomen est tam nauigij q̃ poculi: ꝙ autem Cantharus poculum a Canthαro figulo dicatur Philęterus testatur in Achille. Præterea Cantharus mũdus est mulie

confossus est. Item secundus: donec tertius regis temulentiam animaduertés iam diu deam eum expectare nũciauit. Vxorem nimia in eam Zelotipia a pudibundis incipiẽs dilaniauit. Idomeneus tradit Hippian atq; Hipparchum pisistratidas. θαλίας καὶ κώμους. adinuenisse. Quocirca cum & equis & cæterarũ rerum copia exuberarent: effectum esse: ut eorum imperium graue ac molestũ Atheniensibus uideretur. Pericles Olympius: ut ĩquit Heraclides Põticus uoluptati inseruiens cum Aspasia Megarẽsi meretrice exacta uxore habitabat: maximamq; bonorũ suorum partem: ut eius procacitati obsequeretur profudit. Themistocles cũ adhuc Athenienses ebrietatem ac meretrices nequaq̃ admisissent: per frequentissimũ ceramicum matutino tẽpore. τέθριππον ζεύξας ἑταιρίδων ἤλασεν. hoc est cum meretricularũ quadrigas iunxisset uectus est: quod esse ambiguum Idomeneus tradit: nam ex his inquit nerbis duplex potest erui sensns: siue ꝙ quattuor pro equis ad currũ iũxerit meretriculas: siue ꝙ in currum quattuor equis tractum admisetit meretriculas: cumq; his per mediũ uectus fuerit ceramicum. Posis in tertio magneticoꝝ Themistocles inquit in Magnesia stephanophoron magistratum instaurauit: ac Palladi sacra fecit: idq; festum Panathenea nũcupauit: Dionysio prèterea Choopotę sacrificauit. & choorum festũ ibi quoq; ostendit. Struxerat Themistocles pulcherrimũ tricliniũ: ut Clearchus memorat: maximoq; afficiebatur gaudio: cum amicis id refertum cernebat. Alcibiades: ut inquit satyrus historicus: ĩ Ionia quidem cum esset: deliciosior uidebatur. Thebis uero cum ingymnasijs corpus exerceret: ipsis Thebanis magis Bœotius. At ĩ Thessalia cũ & equos aleret: & aurigandi studio teneretur Aleuadis habitus est

equeſtrior. Inter ſpartanos fortitudinem ac tollerantiam cum exerceret: omnes Laconas ſuperabat Ad multum ætatis comam nutriuit. Calciamenta autem. παραλλαξμένα. ferebat: quæ ab ipſo Alcibidas appellabantur. Si quãdo peregre mittebatur: ſocijs ciuitatibus tanq̃ miniſtris utebatur: quarum Epheſij ſcenam perſicam. Chij equorum alimenta ſuggerebant. Hoſtias ad ſacrificia uiſceratiões q; Cyziceni præſtabãt. Vinum uero cæteraq; ad uictum quottidianum neceſſaria Lesbij ſumminiſtrabant. Clypeo utebatur auro atq; ebore confecto: in quo inſignis erat Cupido. κεραυνὸν ἠγκυλημένος. hoc eſt fulmen incuruans ac flectens. Phereci des de Alcibiade loquens ait. οὐκ ὢν ἀνὴρ γὰρ ἀλκιβιάδης ὡς ἐδόκει ἀνὴρ ἁπασῶν τῶν γυναικῶν ἐστὶ νῦν. ideſt cũ Alcibides uir non eſſe uideretur: nunc omnium uir eſt mulierum. Cum a non nullis Alcibiades increparetur: q̃ Timeæ Agidis Lacedæmonioꝝ regis uxori ſtuprũ intuliſſet: nulla id ſe neq̃tiæ intẽperantiaq; feciſſe reſpõdit: ſed ut qui ex ſe eſſet genitus ſpartanis imperaret: nec ab Hercule amplius: ſed ab Alcibiade Spartani reges oriundi dicerent̃. Hic cũ Atheniẽſiũ eſſet imperator Timandram Laidis Corinthię matrem: nec non & Theodoten atticã meretricem ſecũ ducebat. Chryſogonus ſtola indutus pythica tunc. τὸ τριηρικὸν. tibia canebat: cum Alcibiades purpureis demiſſis uelis iuſſiſq; remigibus remis incumbere: nauibus coronatis: ob uictos Lacedæmonios pyræũ portũ ingrediebat̃. Dictũ eſt hoc a neſcio quo: inq̃t Athenæus: nec duos Lyſandros tulit ſparte: nec duos Alcibiades Athenæ Pharax Lacedęmonius dẽlicijs maxime deditus fuit. Archidamus quoq; lacon delicioſus extitit. Iſanthes rex eoꝝ Thracũ: q Crobyzi nominant̃

delicijs ſui temporis homines ſupauit. Callias ille Atheniẽ
ſis:qui in tantis delicijs:tot circumſeptus adulatoribus ui-
xit:coactus eſt tandem una cum ancillula barbara uitã age
re:& in ſumma rerum inopia decedere. Alexãder Magnus
(ut Ephippus ait)ſacris ueſtibus in ſympoſijs utebat᷑. Nã
modo Ammonis habitum ĩduebat: modo Dianę:nõ nunq̃
Mercurij. Sæpe Leonis pellẽ clanãq; ferebat ut alter Her-
cules uideretur. Inſpergebat Alexander pauimentum tam
precioſiſſimis unguentis q̃ uino bene olenti Clytus Ariſto
telicus in his quæ de Mileto ſcribit:Polycratem ait Samiũ
tyrãnium in tantis uixiſſe delicijs:ut undecumq; ad ſuas ex
plendas uoluptates aliquid conduceret:canes ex Epiro:ca-
pras ex Scyro:ex Mileto oues:ex Sicilia ſues. Alexis præte
rea ſcribit Polycratem adduxiſſe in ſamũ canes moloticas:
& lacænas:capras ex ſcyro:& naxo:oues ex Mileto & Atti-
ca. Is cum primus naues ſtruxiſſet: a patria ſamias : inquit
Athenæus. denomiauit. Alciſthenes Sybarita præ delicijs
huiuſmodi ueſtem Reip. compoſuit:ut in Lacinio cum Iu-
onis ſacra fierent:propoſita:quo uniuerſa Italia concurre-
bat:maxime omnium:quæ propoſita ſunt admirationi co-
ctis fuerit:quam Dionyſius prius aſſecutus Carthaginenſi
bus centũ & uiginti uendidit talentis:ut Ariſtoteles. ἐν τοῖς
περὶ τρυφῆς θαυμασίοις. tradit. mindyrijen Hippocratium
ſybaritanum mille coci. καὶ ὀρνιθευταὶ. ſequebantur:inquit
Herodotus:cum ad cliſthenis ſicyniorum tyrrãni filiæ de-
ſponſationem nauigaret. Satyrus peripateticus de iunioris
Dionyſij delicijs loquens ait. πληροῦσθαι παραὐτῷ τριάκον
τακλίνας οἴκους ὑπὸ τῶν εὐωχουμένων. Dionyſius Diõyſij ac
Doridis locrenſis filius uniuerſæ ſiciliæ. ἀλάστωρ. ut inquit
Clearchus:cum ad Locrenſiũ ciuitatem ueniſſet: ſerpyllis:

ac roſis

ac rosis amplissimam totius ciuitatis domũ construauit: Locrensiumq; uirgines uicissim arcessebat: cum quibus denudatis nudus ipse super stratis uoluntatus nihil omnino turpitudinis itemptatum relinquebat. Quare nõ multo post: qui iniuriam acceperãt: eius uxorem liberosq; cõprehẽsos in uia statuerunt: omneq; cõtumeliæ genus in eos exercuerunt: qua demũ exaturati acubus sub ungues præfixis interfecerunt: & ut in defunctas quoq; sæuirent: eorum ossa in mortarijs contuderunt: carnesq; reliquas partiti: eos: qui non degustassent: execrati sunt: reliqas in mare proiecerũt. Ipse uero Dionysius. τέλος μυτεργυρτῶν καὶ τυμπανοφορούμενος οἰκτρῶς τὸν βίον κατέστρεψεν. Geloni. κολυμβήθραν. Agrigentini septem stadiorum Latitudinis: & uiginti cubitorũ altitudinis struxerũt ĩ quã tum flumina tum fontes cõfluebant: eratq; uarijs piscibus referta ac cycnis. κεράς ἀμαλθείας: locus est inquit duris: quem struxit Gelo in nemore amœnissimo iuxta Hipponium ciuitatẽ. μῆπος. quoq;(ut silenus Calandianus inquit) nomẽ est orti circa Syracusas maximis impensis structi: in quo Hiero rex ius dicere consueuerat. Tota autẽ Panormitis siciliæ regio κῆπος: idest hortus nuncupatur: q; ut inquit Callias: tota sit domesticis arboribus referta. Pamphilus autem siculus: per quẽ bellũ seruile motũ ẽ: delicijs: ac maleficijs ĩseruiebat. Demetrius phalereus: ut in decimo sexto historiarũ inquit duris: mille ac ducentorũ talentorũ singulis annis dominus factus: cum pauca admodũ in milites: ac Reip. administrationem errogaret: cætera omnia ob innatam sibi intemperãtiam dilapidabat. Moschion Demetrij cocus biennio tantum dinitiarũ ex reliquijs cœnarũ sibi concessis adeptus est: ut tres continuas domos comparauerit. Diognimq; puerũ cum summa

cæterorum puerorũ Zelotypia dilexerit. At Lucullus Romanus duorꝝ regum Mithridatæ & Tigranis diuitias consecutus deliciosus est factus: inqt Athenæus. Sittius quoqꝫ apud Romanos delitijs ac mollitie īsignis extitit: ut ait Rutilius. Parrhasius antem pictor purpurea indutus ueste aureaqꝫ uinctus corona incedebat: ut Clearchus ī uitis refert, operibus a se perfectis inscribebat. ἁβροδίαιτος ἀνὴρ ἀρετὴν τε σέβων τάδ᾽ ἔγραψεν. hoc est deliciose uiuẽs uir: & uirtutem colens hæc pinxit: in multis id quoqꝫ addidit. παρ᾽ ῥάσιος κλεινῆς πατρίδος ἐξ ἐφέσου. idest Parrhasius ex inclita patria Epheso. Is cum in samo aduersus īferiorem certasset: ac uictus esset: amicis ob eam rem mœrorem præseferẽtibus inquit. Ego quidem id paruifacio: doleo tamẽ Aiacis uicem: ꝙ secundum fuerit superatus. Aristippus socraticus Cyrenaicæ sectæ conditor in summis uitam agebat delicijs. Laidis meretricis consuetudine aperte utebatur: de qua dicere cõsueuerat: ἔχω καὶ οὐκ ἔχομαι. hẽo nec habeor. Speusippus quoqꝫ Platõis cognatus scholæqꝫ eius successor. φιλήδονος. hoc est uoluptatis amator erat: cui: ut apud Athenæum legimus Dionysius, Tyrãnus auaritiã: nec nõ & Lastheniæ arcadicæ: quæ Platonem audiuerat: amorẽ obijcit. Quãtoperẽ autem Epicurus corporis uoluptatibus deditus fuerit: ex eius dictis unicuiqꝫ facile datur intelligi. ἀρχὴ καὶ ῥίζα παντὸς ἀγαθοῦ ἡ τῆς γαστρὸς ἡδονὴ, καὶ τὰ σοφὰ τὰ περισσὰ ἐπὶ ταύτην ἔχει τὴν ἀναφοράν. Quæ uerba significãt principium ac radicem omnium esse bonorꝝ uẽtris uoluptatem: oẽmqꝫ sapientiam ad eam referri. Præterea cũ de fine loquitur ait. τιμητέον τὸ καλὸν καὶ τὰς ἀρετὰς καὶ τὰ τοιουτότροπα, ἐὰν ἡδονὴν παρασκευάζῃ, ἐὰν δὲ μὴ χαίρειν ἐατέον. hoc est uenerari debemus honestum & uirtutes & id genus reliqua: si nobis uo-

luptatem præparant:sin minus ualere sinamus. Vnde non immerito Alcium & Philiscum Epicurios ab urbe expulerunt Romani:Posthumio consule: q uoluptates prædicarent. Quid enim homini turpius esse potest:q̃: quod pecudum est:uentri:ac gulæ inseruire? Messenij quoq;:ut apud Atheneum est legere, Epicurios publico decreto exegerũt. Antiochus autem Rex omnes de regno suo abegit philosophos. Lycon peripateticus ob nimiam arrogãtiam in maxime illustri ciuitatis loco in Cononis domo εἰκοσάκλινον. habebat. οἶκον. qui πρὸς τὰς ὑποδοχάς. maxime erat accõmodatus. Fuit autẽ Lycon. σφαιριστὴς ἀγαθὸς καὶ ἐπιδέξιος. hoc est bonus pylæ lusor: ac dexter. Anaxarcho nuda puella ministrabat:ut inquit Clearchus. Gorgias cõtra Leontinus octuagesimum agens annum cum a quodam interrogatus esset: qua utens diæta tam concinne nullo penitus amisso sensu tantũ temporis uiueret:nihil unq̃ respondit uoluptatis causa faciens. Idẽ rogatus:ut Demetrius Byzantius ait: quid fuerit in causa q supra centum uixerit annos: respondit. τῷ μηδὲν πώποτε ἕνεκεν ἑτέρου πεποιηκέναι. i. q nihil unq̃ alterius causa fecerim. Ochus quoq; cum diutius impasset: eorũq; nihil defuisset:quæ ad hominis attinent uitã: interrogatus a maximo natu filio: quonam pacto & ipe idẽ assequeretur. τὰ δίκαια πράττων· ἔφη πρὸς ἅπαντας ἀνθρώπους καὶ θεούς. hoc est si æquitatem inquit tam in homines quam in deos seruaueris. Cimon Atheniẽsis suis agris nullum adhibebat custodem. Quicquid habebat erat ciuibus cõmune. Duos pueros secum ducebat: qui petentibus pecunias errogarẽt. Patebat eius domus omnibus esse uolentibus:ut Theopõpus ait. Pythagoras. etiam samius cibis adeo modicis contentus erat:ut Lycon Iasseus testatur:ut interdum solo ue

ſceretur mele:nec tamen animatis abſtinebat: ut Ariſtoxe-
nus dixit. Allium comedentibus matris deorum templum
ingredi non licebat. Stilpo tamen philoſophus allio exatu-
ratus non ueritus eſt in eius templo dormire:cui dormienti
cum mater deoꝝ adſtans uiſa eſſet ꝑ quietē dicere. Quid o
ſtilpo cum Philoſophus ſis leges tranſgrederis:reſpondiſſe
& ipſe his uerbis uiſus eſt deę. σὺ δέ μοι πάρεχε ἐσθίειν καὶ σκο
ρόδοις ἀπέχομαι. ideſt tu mihi dea prebe uictū:& aliis:non
ueſcar. Sed ad delicioſos rurſus noſtra conuertatur oratio.
Cephiſodorus Thebanus de Tithono Auroræ coniuge lo-
quens ait: Tithonum a mane ad ueſperam dormiētem: uix
cupiditates excitabant:unde cum Aurora concubuiſſe di-
ctus:ꝙ cupiditatibus implicitus eſſet. Dionyſius Clearchi:
qui primus Heracliæ regnauit filius:& ipſe patrię imperās
ob nimias delicias:nimiaſq; crapulatiōes: adeo pinguis effe
ctus eſt:ut præ pinguedine uix ſpiraret:& pene ſuffocaret̃.
Quare ſtatuerunt medici: ut acus ablongæ: ac tenuiſſimæ
fierent:quæ tunc lateribus ac uentri adigerentur:cum pro-
fondiſſimo ſomno teneretur: tunc enim excitabatur cum
uiuam carnem acus attingebant. Ius dicebat corpore arca
ita condito:ut præter caput nihil penitus extaret. Quinq;
& quinquaginta uixit annos:cū tres & triginta imperaſſet.
Ptolemæus quoq; ſeptimus Aegypti rex:qui ſe Euergeten
uoluit appellari:cum tamen ab Alexādreis. κακεργέτης, di-
ceretur præ deliciis craſſiſſimus:ac uentrioſus effectus eſt:
cuius filius Alexander qui matrem ſimul regnātē ſuſtulit:
corpulentiſſimus & ipſe fuit. Magas Cyrenenſium Rex ni
mio pingui necatus eſt:ut Agatharchides inquit. Quid de
Nauclide Polybidæ filio dicā? qui præ deliciis tāta corpo-
ris obeſitate laboraſſe dicit̃: ut Lacedæmonii ſe ab urbe ni

uiuendi mutaret rationem: expulsuros fuerint interminati. Dimas Myropola (ut Heraclides Ponticus scriptum reliquit) ob delicias in amorem cum incidisset: multasq́ pecunias effudisset: postq̄ his cupiditatibus exsolutus ē: sibimet genitalia præcidit. Cephisodorus tradit hinc fuisse Athenis morem: ut delicatorum pedes quoq́ unguentis delinirentur. Vngebāt autē (ut inquit Antiphanes) ἐνθορικίοις. populus est Atticus Thorycos. μύρῳ αἰγυπτίῳ. quidem pedes & manus. genas & ubera. φοινικίνῳ. genas & ubera. σισυμβρίνῳ. alterum brachium. ἀμαρακίνῳ. supercilia. & comā ἑρπυλλίνῳ. genu & collum. Sed iam tempus est: ut receptui canamus: & omissis deliciosis ad insignes meretrices recensendas nostra conuertatur oratio: quod ꝓfecto a nobis fieri non poterit: nisi & q̄ plurimi meretricibus dediti cōmisceātur. Quare ut a primo meretricio quæstu exordium sumamus. Solon Atheniensis cum uideret adolescentes contra fas delinquentes primus mercatus mulierē. ἔστησεν ἐπὶ οἰκημάτων. hoc est in fornicibus statuit: ut Nicander Colophonius testatur. Meretrices ad se alliciebant atq́ trahebant seniores quidem. πατρίδια. nuncupantes: Iuniores uero ἀπφάρια. nominantes: inquit Xenarchus. ἑταίρα tam meretricem q̄ amicam significat. Atheniēses uenerem hetærā appellant: ut Apollodorus Atheniensis inquit: q̄ amicos & amicas contrahat. Nam adhuc liberæ uirgines ac mulieres eas omnes: quarum consuetudine atq́ amicitia utantur: hetæras nuncupant: nec non & meretrices hetæras nominant. Vnde meretricium quæstum facere. ἑταιρεῖν. dicitur. Ephesi quoq́. ἑταίρας ἀφροδίτης. templa sunt: ut Eualces in Ephesiacis memorat. ἑταιρίδια ἑορτὴν. cōstituit Iason in Magnesia cum Argonautas cogens ioui. ἑταιρείῳ.

ſacrificaret:quod quidem feſtum & a Macedonũ Regibus
celebratur. πόρνης ἀφροδίτης. tēplum apud Abydenos ui-
ſitur(ut inquit Pamphilus)quod meretricis opera liberta
tem ſibi ademptam Abydeni recuperarint. Venerē ī ſamo
ſtatuerunt Atticæ meretrices: Periclem ſecutæ cũ ſamum
obſideret:quā. οἱ μὲν ἐν καλάμοις καλοῦσι οἱ μὲν ἐν ἕλει. ut Ale
xis inqt. Mos ē apud Corinthios:ut cũ de re magna ueneri
ſupplicant:admittant etiam meretrices:ut Chamæleon He
racleotes tradit, Nam cum Perſes in Græciam expeditionē
fecit Corinthiæ meretrices pro Græciæ ſalute in tēplo Ve
neris ſupplicarunt. Aſpaſia meretrix ſocratica uniuerſam
Græciam(ut Atheneus ait)meretricibus impleuit. Ariſto
phanes oſtendit bellum Pelonneſiacum a Pericle ſuſceptũ
ob Aſpaſiæ amorem: & eius miniſtras a Megarenſibus ra-
ptas. Cottinæ meeetricis ſimulacrum erat in Lacedæmone:
inquit Palemon. Mēdontis meretrix Abydena maximo eſt
amore Alcibiadem proſecuta. Alcibiades duas ſecum duce
bat meretrices Timandram Laidis iunioris matrē:& Theo
doten:quæ in Meliſſa Phrygiæ uico ei parentauit: cũ Phar
nabazi inſidijs interfectus eſt:ad cuius ſepulchrum bos ſin
gulis annis iubente Adriano:ut Athenæus inquit:imolaba
tur:qui Alcibiadis quoq; ſtatuā ex Pario lapide in ipō erre
xit tumulo. Lamia:Scione:Satyra: Nanium Themiſtoclis
meretrices. Abrotonum meretrix:ex qua Themiſtocles dr̄
natus:ut Amphicrates tradit erat autē Threſſa genere. At
Neantes Cyzicenus Euterpes filium fuiſſe Themiſtoclem
tradit. Milto meretrix Cyri contra fratrem expeditionē fa-
cientis:quæ Aſpaſia:ut inquit Zenophanes: appellata eſt.
Sequebatur eum & Mileſia pellex. Thais poſt Alexandri
mortem nupſit Ptolemæo primo Aægyptiorum regi: cui

peperit Leōtiſcum:& lagum filiamq; εἰρήνην quæ Eunoſto
Soloni Cypriorū regi nupſit. Didyme: Biliſtiche Agatho-
clia: Stratonice: Myrtiō: Clino Ptolemæi Philadelphi me-
retrices: ut refert Athenæus. At Pitho Hieronymi fuit Sy
racuſanorum regis uxor: quam de lupanari acceperat. Thi
motheus Athenienſium imperator meretricis Threſſæ fi-
lius fuit: inquit Athenæus: quod cum ei obijceretur: maxi
mam inquit ei gratiā habeo: ꝗ per eam Cononis ſim filius.
Ex Chorigide meretrice filios ſuſceperat Ariſtophon Rhe
tor: qui legem ſub Euclide principe tulerat: nothum eū eſſe
qui ex ciue nō eſſet editus ut a Calliade cōuictus ē comico.
Lamia meretrix tibicina Atheniēſis Cleanoris filia a Deme
trio Poliorcete adamata: quæ Sicyone porticum ſtruxit
poecilen Leæna quoq; attica meretrix eiuſdem Demetrij
amica fuit. Phillinnam ſaltatricē adamauit Philippus Ma-
cedo: ex qua ſuſcepit filium Aridæum: qui poſt Alexandrū
regnauit: ut Ptolemæus Ageſarci ſcribit. Mania Attica Me
lita prius nūcupata a Demetrio Poliorcete dilecta eſt quæ
Sicyone porticum ſtruxit pœcilen leæna quoq; attica me-
retrix eiuſdem demetrij amica fuit Philinā ſaltatricem ada
mauit Philippus Macedo ex qua ſuſcepit filium Aridæū, q
poſt Alexandrum regnauit ut ptolemæus ageſarci ſcribit
Maria attica Melita prius nuncupata a Demetrio Polior-
ceti dilecta eſt: Denio ab ātigono: a Seleuco iuniore Myſta
& Nyſa: Gnathenæ: Gnathænium: Dexithea meretricum
ſunt nomina: quarum Gnathænen lepidiſſimā: ac facetiſſi-
mam fuiſſe ex unico eius reſpōſo facile unicuiq; datur in-
telligi. Hæc etenim cum aduleſcentulo quodam cubabat:
is mane cœpit ab ea peterē: ut poſteriorem ſibi uenerem ſe-

mel tātū concederet: cui Gnathęne πάλαι ὦ ἐπέπατα τὴν πυγὴν μηνιῶ αἰτεῖς ὅτε τὰς ὗς ἐπὶ νομὴν καιρός ἐστιν ἐξάγειν. Quorū uerborū sensus est. A me nunc demū miser podicē petis. cū sues ad pabulū exigendi iam tp̄s sit. Glycerium Attica fuit meretrix. Nanniū meretricula ꝓpterea. αἴξ. hoc est capra cognominata est: ꝙ magnū amatorē noīe. θαλλόν. i. germē exederit. Hippe meretrix Theodotū habuit amatorē. Hęc Ptolemæi regis compotrix esse consueuerat. Aristophanes Byzantius centum & triginta quinq; meretrices Athenis fuisse memorat. Apollodorus iis plures. Gorgias ait inter eas: quas Aristophanes reliquit & has fuisse: Parœnū: Lāpycrida cognominatam Euphrosinen fullonis filiam. Megisten. Agallida. Theocliam: quę Corone dicebatur. Lenętocyston. Astragnathenam. Gnathenion. Sigen. Synorida. Lychnon denominatam Eucliam. Gramæam. Tryalida. Chimæram. Lampada. Callistum meretrix Ptochelene cognominata a Mastigia quodam cōducta: cū nudum offendisset: erat enim æstiuum tempus: plagarū q; cicatrices animaduertisset: unde hæ pcūctata est: cui ille. παιδὸς ὄντος μου ζωμὸς κατεχύθη. hoc est mihi puero existēti infusum est ius: & ipsa ἀλλὰ λῆ μόσχιος. statim subdidit: idest scilicet uitulinum: Lora ex uituli siue bouis pelle cōfecta: quibus fuerat cæsus innuens. Sinopes & Phanostratæ meretricum meminit Demosthenes: quarum Sinope quidem Abydus diceba tur (ut inquit Erodicus) ꝙ esset anus. Phanostrata uero Phthiropyle ut Apollodorus ait. ἐπειδὴ παρ' ἐπὶ τῆς θύρας ἱστῶσα ἐφθειρίζετο. hoc est ꝙ in porta manens pedunculos quęreret. Stagonion: & Anthis sorores. ἀφύαι. uocabant: ꝙ candidæ ac tenues existentes oculos haberent magnos.

Nicostratam

Nícoſtratam Aphyen eadem de cauſa cognominatã Anti-
phanes tradit. Theopompus de Glycera loquens aít poſt
Pythíonices mortẽ Harpalus Glycerã Athenís arceſſiuít:
iuſſitq́ʒ ut Tarſi ĩ regia habítaret: regínaqʒ appellata a mul
titudíne adoraretur. Interdíctum pręterea eſt necubí Har-
palus coronaretur: niſi & ípſa fuíſſet coronata: ſtatuamqʒ
æneam Rhoſi habuít. Phílyra. Scíone. Híppapheſis. Theo
clía. Pſamathe. Lagíſca. Antía adhuc adoleſcẽtulę (ut Athe
næus refert) quæſtum facere deſierunt. Neæra nomen eſt
meretrícis. Naís cognomen eſt meretrícís: quæ proprío no
mine ὄϊα uocabatur: ut Aríſtophanes ínquit ĩ líbro de me-
retrícíbus. Antícyrã quoqʒ dícens appellatã ſiue ꝙ íſanoꝝ
compotrix eſſet: ſiue ꝙ Nícoſtratus: medícus decedens: ei
multũ ellebori relíqſſet. ἀγκύνιλαος. meretrícis mẽtionẽ fecit
Lycurgus. Nemeæ tibícinę meminit Híperídes: de qua mí
rum eſt inquit Polemon: quo modo contempſerint Athe-
nienſes meretrícẽ Panegyreos inclitæ nomine uti quod ſer
uís nõ ꝑmittebat̃: nedum meretricibus. Ocimũ. Metanira.
Aerope. Cercope. ἀειλὴς. Teleſis. Theolyte. Iſthmías.
Phílacos. Syphe noía ſunt meretrícũ. Menander ín colace
has numerat meretrices. Chryſida. Coronen. Antícyram.
Iſchada: & Nannaríũ. Galine quoqʒ meretrix fuít. Epícu-
rus habuít Leontíũ amícã: ĩter meretríces famígeratã quæ
ne tum qdem quæſtũ deſijt meretrícíũ: cũ cœpit phíloſo-
phari. Verſabat̃ autẽ in hortis cũ Epícurijs: & maxíme cũ
Epícuro. Laís quæ ex Níccario Sícílíæ cíuítate oríunda ca-
ptíua Coríthũ uenít dílecta eſt ab Aríſtippo: Demoſthene
rhetore: & Dyogene Cynico: ut inqt Polemon. Hãc Appel
les cũ uídíſſet: a Pírene fonte aquã ferẽtẽ: formæ pulchrítu
dínẽ admíratus: adduxít in amícoꝝ cõuíuíũ: rídentíbus aũt

illis : ꝙ uirginem pro meretrice in cõuiuium adduxisset:ne admiremini inquit. Ego enim ipsam ĩ futuram fruitionem ne peracto quidem triennio pulchram ostendam. Quod autem simile quiddam de Theodote Attica meretrice sit Socrates uaticinatus testat̃ Xenophon. Venus cognomento Melenis a Corinthis colitur. Hæc per quietẽ Laidi nuntiasse uisa est fore:ut maximam talentorum copiam sibi cõpararet. Erat autem Lais adeo formosa:ut pictores ad eam accederent : ut eius mãmas pectusq; imitarentur. Hæc ad Phrynes æmulationẽ maximum quandoq; habuit amatorum cœtum:diuitem a paupere nequaq̃ secernens : nec aduersus quemq̃ cũtumeliose se gerẽs. Nymphodorus Siracusanus ait Laidem ex oppido Siculo nomine Hyccaro oriũdam. Stratis uero eam uult esse Corinthiam. Timæus scribit eam in Thessalia ꝑ odium ac Zelotipiam a qbusdã mulieribus fuisse interfectam:ꝙ a Pausania Thessalo diligeretur : percusam enim testudinibus in templo ueneris. Quocirca templum illud. ἀνοσίας ἀφροδίτης. hoc ẽ impiæ ueneris nuncupatum. Ostendi præterea inquit eius monumentum iuxta Peneum signum habẽs hydriam lapideam: & hoc epigramma. τῆς δὲ ποθ᾽ ἡ μεγάλαυχος ἀνίκητός τε πρὸς ἀλκὴν ἑλλὰς ἐδουλώθη κάλλεος ἰσοθέου λαΐδος ἣν ἐτέκνωσεν ἔρως, θρέψε δὲ κόρινθος. κεῖται δ᾽ ἐν κλεινοῖς θετταλικοῖς πεδίοις. Quæ uerba significant Græciam iactabundam:& robore inuicta Laidis diuina pulchritudine superatã:quã Cupido genuit:Corinthus educauit : incliti Thessaliæ cãpi tenent. Commenta igitur existimanda sunt:si qui dicũt:ipsam Corinthi ad cranium fuisse sepultam. Pausanias libro secũdo de Corinto loquens:ait: pro ciuitate nemus est cupressorũ Cranion nominatũ : in quo Bellorophontæ est delubrum

ueneris cognomento:Melanidos tēplum:& Laidos tumulus:cui leæna īpoſita eſt arietē in prioribus habēs pedibus. Eſt & in Theſſalia Laidis monumentum. Nam & ī Theſſaliam cum ab Hippophato amaretur profecta eſt. Ab initio autem aiunt ipſam adhuc puellam exiſtentem Hiccaris in Sicilia exiſtentibus a Nicia & Atheniēſibus raptam:& Corinthi uenditam ſui temporis meretrices pulchritudine ſuperaſſe. Plutarchus quoq; in Niciæ uita:lais inquit formoſiſſima poſtea meretrix. Tunc uero puella capta inq; Peloponeſum deuecta fuiſſe dicitur: cum Nicias Hiccarenſem agrum in Sicilia a barbaris poſſeſſum populatus eſt. Herpillida meretricem habuit uſq; ad mortem Ariſtoteles Stagirites:ex qua ſuſcepit Nicomachū:ut inquit Hermippus. Archæanaſſam autem meretricē Colophoniam uſq; adeo adamauit Plato:ut de ea hæc dixerit. ἀρχαι ανασσαν ἔχω τὴν ἐκ κολοφῶνος ἑταίρην ἧς καὶ ἀπορρυτίδων πικρὸς ἔπεστιν ἔρως. ideſt Archænaſſam Colophoniam habeo meretricē : cuius & in rugis amarus ineſt amor. Pericles Olympius propter Aſpaſiam iuniorem non : quæ cum ſocrate fuit ut inquit Clearchus, uniuerſam Græciam perturbauit. Erat autem Pericles adeo in uenerem procliuus : ut cum filij uxore conſueuerit : ut Steſimbrotus Thaſius refert illi Coætaneus : pro qua impietatis accuſata dicens plures effudit lachrymas:q̄ cum de capite ac fortunis periclitatus eſt. Meliſſa Proclij filia: uxor periandri : quam cum uidiſſet operarijs miniſtrantem amore ſtatim captus uxorem duxit. Odatis Omartæ ultra Tanaidem imperātis filia:& Zariadres Hiſtaſpis Mediæ regis frater ex nocturna tantum uiſione ſe multuo uſq; adeo dilexerunt : ut cum Zariadres

Iubente patre eam assequi non ualuisset inuito surripuerit. Tigris Leucadia Pyrrhi Epirotarum regis amica: qui tertius erat ab eo: qui in Italiam expeditionem fecit: quam Olympias adulescẽtis mater ueneno sustulit. Hyperides rhetor: cum domo paterna eiecisset Glaucippum filium: Myrinẽ meretricem suscepit: quam in urbe habebat: cum præterea Aristagoram in Piræo: Philam uero Eleusine haberet: quã multis emptam pecuniis manumisit. Phryne autẽ Thespiẽsis meretrix fuit formæ elegãtia laudatissima. Hæc ab Euthia in capitis iudicium uocata: ob pulchritudinis uenustatem absoluta est. Nam cum Hyperides: qui Phrynæ patrocinabatur: nihil se penitus oratiõe iudices mouisse uideret: eosq; ad damnationem propensos animaduerteret: ipsam statim adduxit Phrynen, Scissis coram iudicibus tuniculis eius denudata pectora omnibus ostendit: & quod oratiõis non potuerit: id formæ elegantia consecutus est. Iudices.n. corporis pulchritudinem miserati ut ueneris Hypophetin communi consensu absoluerũt: quare indignatus Euthias: qui eam accusauerat: nunq̃ aliam dixit causam. Scriptũ est tamen decretum: ne quis deinceps Rhetor rei præsentia iudicũ. miseratione̅ quæreret. Hæc Phryne ĩ Eleusiniorum neptuniorũq; sacrorum cõuẽtu: oĩbus spectãtibus cũctas exuta uestes: ac soluta comas mare ingrediebatur. Hãc Apelles imitatus. τὴν ἀναδυομένην. pinxit uenerẽ. Praxiteles quoq; statuarius huius amore captus Gnidiã ab ea fecit uenerẽ: & in cupidinis basi sub theatri scena existente inscripsit. πραξιτέλης ὃν ἔπασχε διηκρίβωσεν ἔρωτα, ἐξ ἰδίης ἕλκων ἀρχέτυπον κραδίης, Φρύνη μισθὸν ἐμοῖο διδοὺς ἐμέ. φίλτρα δὲ βάλλω οὐκέτ' ὀϊστεύων ἀλλ' ἀτενιζόμενος. Nam cum Praxiteles statuarum optionem Phrynæ obtulisset (uit quit Athenæus) sa-

tyrum ne τὸν ἐπὶ τριπόδων an Cupidinem mallet: Cupidinem cum elegiſſet Theſpijs dedicauit. Huius Phrynes auream ſtatuam finitimi Delphis ſuper pētelica columna dedicarunt. Ipſam autem ſtatuam fecerat Praxiteles: quam Crates Cynicus cum uidiſſet: incontinentiæ īquit Græcorꝝ dedicatio. Huius autem ſtatuæ hæc erat inſcriptio (ut Alectas ī ſecūdo Delphis dicatorꝝ ait) Φρύνη ἐπικλέους θεσπική. Duas fuiſſe Phrynas: unam Clauſigelota: alterā ſarpedion cognominatas refert Apollodorus: ī libro de meretricibus. Herodicus ī ſexto. κωμῳδουμένων. ait: Phrynen apud rhetores celebratā τηστὸν. fuiſſe nūcupatā. διὰ τὸ ἀποσήθειν καὶ ἀπολύειν τοὺς συνόντας .i. ꝙ eos qui ſecū uerſabant̄ exueret alterā uero Theſpienſem. Tātis Phryne affluebat opibus (ut refert Calliſtratus in libro de meretricibus) ut pollicicita ſit ſe Thebas condituram: modo Thebani inſcriberēt. ὅτι ἀλέξανδρος μὲν κατέσκαψεν, ἀνέστησε δὲ Φρύνη ἡ ἑταίρα. hoc eſt Alexander quidem euertit: inſtaurauit uero Phryne meretrix. Gryllion unus ex Ariopagitis Phrynes fuit paraſitus: ut Satyrus Olinthius hiſtrio Pamphilæ. Ariſtogiton in tractatu contra Phrynen ait: proprium ipſius nomen fuiſſe Mneſareten. Diodorus. ὁ περιηγητής. ait orationem in Phrynen apud iudices habitā Anaximenis eſſe: cum Euthiæ inſcripta ſit. Demades rhetor ex meretrice tibicina filium Demeam ſuſcepit: cui pro tribunali quondam frementi Hyperides inquit. οὐ σιωπήσῃ μειράκιον μεῖζον τῆς μητρὸς ἔχον τὸ φύσημα. hoc eſt non tacebis adulefcentulę matre maiorem habens ſpiritum. Bion Boriſthenites Philoſophus meretricis Olympiæ lacęnæ filius: ut inquit Nicias. Sophocles tragicus iam ſenex factus Theorida dilexit meretricem: quare cum Veneri ſupplicaret ait.

κλυέ μευ ἐυχομένυ κουροτρόφε δὸς δὲ γυμαῖκα τὴν δὲ νέων μὲν ἀναίνεσθαι φιλότητα καὶ ἐυνὴν ἡ δὲ ἐπιτερπέσθω πολιοκροτάφοισι γέρουσιν. & cætera quæ ſunt apud Atheneum. Sed cum iam ad occaſum uitæ tenderet (ut inquit Hegeſander) Archippen adamauit meretricem: quam etiam reliquit hæredem: cuius prior amator ſmicarines iterrogatus quid ageret Archippe: uenuſte reſpōdit. ὥς περ αἱ γλαῦκες ἐπὶ τάφων κάθηται. ideſt tanq̄ noctuæ in tumulis ſedet. Metaniram meretricē pulcherrimam habebat Iſocrates rhetor: ut lyſias in epiſtolis ait. Demoſthenes. ἐν τῷ κατὰ νεαίρας. Metaniram Lyſiæ fuiſſe amicam memorat. Lyſias uictus eſt a Lagide meretrice: cuius laudem ſcripſit Cephalus rhetor: ut & Alcidamus Elaites Gorgiæ diſcipulus Naidis meretricis laudem cōſcripſit. Huius Naidis meminit Lyſias. ἐν τῷ κατὰ φιλανιδου. ſic dicens. Eſt mulier meretrix nomine Nais: cuius dominus eſt Archias. Hymenæus autem. ἐπιτήδειος. at Philonides amare dicit. Meminit ipſius & Ariſtophanes in Gerytade ut Athenæus ait: & fortaſſe etiam in Pluto ubi dicit. ἐρᾷ δὲ λαΐς οὐ διὰ σὲ φιλωνίδου; ut Nais ꝓ Lais ſcribatur. Lagiſca meretrix: quā Iſocrates iam ætate prouectus domi habuit: ex eaq; filiam ſuſcepit: ut inquit Hermippus. Demoſthenes rhetor filios ſuſcepit ex meretrice: quare. ἐν τῷ περὶ χρυσίου λόγῳ. Liberos ad tribunal duxit: ut iudicum miſerationem moueret: uxorem autem non adduxit: ut calumniam declinaret. Erat autem circa uenerea intemperantiſſimus: ut inquit Idomenæus: ad obſonia præterea iuuenesq; ac mulieres ſui fuiſſe ꝓfuſus traditur. unde eius ſcriba ac deſpenſator non nunq̄ dixiſſe fertur: quidnam quis de Demoſthene diceret: nam quæ toto anno cōperauerat: uni mulieri uni nocti efundebat. Qua-

re adulescentulum quemdam Cnosionem nomine domi habebat Cum quo uxori etiam inuitam dormire cogebat. Myrrhinam samiam meretricem Demetrius successionis ultimus habebat imperij præter diadema participem: ut inquit Nicolaus. Ptolemæus Philadelphi filius. εἰρήνην. habebat meretricem: cum Ephesi præfectus esset: cum qua insidijs Thracum in Dianæ templo ĩterfectus est. Danaen Leontij: quam Epicuri meretricem fuisse diximus: filiam & ipsam meretricem Sophron Ephesi prefectus habebat: per quã Laodices insidijs petitus seruatus est: ipsa uero Danae de precipitio deturbata est: ut Philarchus scribit. Fertur autem cum a Laodice preceps daretur hæc dixisse. ὡς δικαίως οἱ πολλοὶ καταφρονοῦσι τοῦ θείου· ὅτι ἐγὼ μὲν τὸν γενόμενόν μοι ἄνδρα σώσασα τοιαύτην χάριν τὰ παρὰ τῆς δαιμονίου λαμβάνω, λαοδίκη δὲ τὸν ἴδιον ἀποκτείνασα τηλικαύτης τιμῆς ἀξιοῦται. Mysta a Seleuco Rege amata: ut inquit Philarchus: quæ post superatum Seleucum a Galatis capta est: ac uendita: Sed cum Rhodum uenisset: a Rhodijs ad seleucum est remissa. Lampito meretrix samia a Demetrio Phalereo adamata est: quæ (ut Diyllus ait) Charitoblepharos quoq; dicebatur. Nicarete meretrix Stephani rhetoris amica fuit. Metanira uero Lysiæ Sophistæ. Erant autem hæ cassij Elij seruce cũ alijs quoq; meretricibus. Antia. Stratola. Aristoclia. Phila. Isthmiade. Neæra. Erat aũt Neæra Stratoclidæ amica: nec nõ & Xenoclidæ poetæ: & Hipparchi histrionis: & Phrynionis: alternis aũt diebus eã habebant. Strymbele Neçræ filia fuit: quæ postea Phane uocitata est. Hanc Stephanus Rhetor nuptum dedit Phastori: ut ꝓpriam filiam (ut ĩquit Demosthenes. ἐν τῷ κατὰ νεαίρας. Plangon meretrix Milesia: quam Iones Pasiphilam propterea (ut inquit Menetor) appellarunt: ꝙ una cum Bacchide meretrice cõ-

cordi animo amota Zelotypia Colophonium quemdam obſeruauerit. Menãder poeta amauit Glyceram (ut Athenæus ait) a qua neglectus amauit Philemonem: quam in quodam dramate. χρηστήν. hoc eſt probam ac frugi nuncupauit: cum contra ipſe alibi ſcripſerit: nullam eſſe bonam. Pythionicen amauit Harpalus. ὁ τῶν ἀλεξάνδρου. q multis ſurreptis pecuniis Athenas fugerat: cui ſtruxit egregiũ monumentum defunctæ: cum ipſe ad ſepulchrum eam extuliſſet: ut in. xxii. Hiſtoriarum ĩquit poſſidonius. Templum præterea & aram exedificauit inſcriptione. πυθιονίκης ἀφροδίτης. ut Theopompus teſtatur. Fuerat autem Pythionice Bacchidis tibicinę ſerua. Hęc uero ſinopes: ut idẽ ait Theopompus. In Dorichen Naucratenſem inuecta eſt Sappho: ꝗ Charaxem fratrem mercatorem factum ſpoliaſſet. Hanc Herodotus Rhodopin uocat: inquit Athenæus: aliã a Doriche hanc eſſe ignorans: quæ celeberrimos obeliſcos Delphis dedicauit: quorum meminit. Cratinus. Archedice aũt meretrix. ἐκ τῆς ναυκρατίως. fuit. Solet. n. Naucratis Aegyptia ciuitas: ut Herodotus ait: uenuſtiſſimas habere meretrices. Sappho: quę pulchrum adamauit Phaonem celeberrima extitit: ĩquit Nymphis: huius amatores Archilochus & Hipponax: ut Diphilus Comicus teſtatur, Nicarete meretrix Megarenſis Stilponem audiuit philoſophũ. Biliſtiche Argiua meretrix nobilis fuit: ab Atridis originẽ ducẽs. Leæna ſcortum nobile (ut inquit Athenæus) quæ ab Harmodio tyrãnicida admodũ dilecta: ne eius conſilia Hippiæ tyrãno ꝓderet: uſq; ad mortẽ excruciata eſt. Lecen ſcortũ [illegible] ſtratocles Farorama denoĩatũ: ꝗ duabus drachmis [illegible] m accederet: ut ĩquit Gorgias. Lyden meretricẽ [illegible] machus: cui cognominẽ alteram Lamynthius

Mileſius

Milesius uterq; poeta. Hāno tibicinā adamauit Mnermus Leontium Hermesianax Colophonius: qui tres elegiacos libros conscripsit: postq̄ eam cepit deperire. Deceptus est Hermesianax poeta (ut īquit Atheneus) q̄ eodē tempore Sappho atq; Anacreontem fuisse existimauerit: cū hic sub Cyro & Policrate: Sappho uero Alyate Crœsi patre regnā te uixerit. Venus apd̄ Aeschylū loquēs: se omniū: quæ generant̄ causam esse ostendit: ait enim. ἐρᾷ μὲν ἁγνὸς οὐρανὸς τρῶσαι χθόνα, ἔρως δὲ γαῖαν λαμβάνει γάμου τυχεῖν ὄμβρος δ᾽ἀπευναέντος οὐρανοῦ πεσὼν ἔκυσε γαῖαν ἡ δὲ τίκτεται βροτοῖς μήλων τε βοσκὰς καὶ βίον δημήτριον δενδρῶτις ὥρα δ᾽ἐκ νοτίζοντος γάμου τέλειος ἐστὶ, τῶν δ᾽ἐγὼ παραίτιος, Euripides autem de Amore hæc dicit. ἔρωτα δ᾽ὅστις μὴ θεὸν κρίνει μέγαν καὶ τῶν ἁπάντων δαιμόνων ὑπέρτατον ἢ σκαιὸς ἐστὶν ἢ καλον ἄμοιρος ὤν, οὐκ οἶδε τὸν μέγιστον ἀνθρώποις θεόν. Alcman ὅς γέγονεν ἡγεμὼν τῶν ἐρωτικῶν μελῶν. Megalostraten adamauit Pœtridem: ut inquit Archytes Harmoniacus. Ibicus Rheginus puerorum amator fuit: ut Athenæus testatur. Timon. ἐν τοῖς σιλλοῖς ἔφη ὥρη ἐρᾶν ὥρη δὲ γαμεῖν, ὥρη δὲ πεπαῦσθαι. Echemenes in Creticis ait nō Iouem: Sed Minoa Ganymedem rapuisse. Chalcidenses qui sunt in Euboea Ganymedē dicūt. apud se raptū fuisse a ioue: locumq; ostendētes Harpagion uocāt unde myrti præcipue ortæ sunt. Zenis siue Zeneus chius ait Minoa Regē Thesei amor̄ captū inimicitiam aduersus Atheniēses ob filij cædē cōtractā soluisse: filiāq; phędrā uxorē ei dedisse. Hieronymus peripateticus ait puerorū amores propterea fuisse celebres: q̄ eorum causa multæ Tyrānides sublatæ fuerint. Pueris enim præsentibus amatores qcq̄d uis potius paterētur: q̄ ut timidi ac formidolosi

uideantur. Id autem re ipſa oſtendit conſtitutus Thebis ab Epaminũda. ἱερὸς λόχος. Et in Piſiſtratidas Harmodij atq; Ariſtogitonis cædes. Melanippus. ἐπὶ παιδικὰ ἦν Cheritonis uterq; deprehenſi in coniuratione contra Phalaridem non ſolum non prodidere conſcios: uerũ etiam ipſum Tyrãnum ad miſericordiam compulere. Quare ab Apolline mors Tyrãno dilata eſt. τὸ παιδεραστεῖν. a primis Cretenſibus in Græcos emanauit: ut Timæus inqt. Sunt qui uelint Laium huiuſmodi mores inſtituiſſe: qui a Pelope hoſpitio ſuſceptus Chryſiſippum eius filium & amauit: & raptum curru Thebas uexit. Praxilla tamen Sicyonia Chryſippũ Pelopis filium a Ioue raptũ dixit. Ex barbaris. κελτοὶ. licet pulcherrimas habeãt mulieres: pueris tamẽ ita oblectãtur: ut nõ nulli interdũ in pellibus cũ duobus cinædis qeſcant. Per ſæ (ut Herodotus inquit) pueris abuti a Græcis didicere. Alexander Rex uſq; adeo puerorum erat amator: ut Bagoum eunuchum etiã ſpectante theatro oſcularetur: ut Dicearchus refert. ῥαδαμάνθυος τοῦ δικαίου ἴβυκος ἐραστὴν φησὶ γενέσθαι τάλων. Diotinus ait in Heraclia Euryſthea Herculis fuiſſe. παιδικὰ. hoc eſt delicias: & propterea certamina ſuſtinuiſſe. Agamemnona fama eſt Argynnũ adamaſſe: cũ eum in Cephiſo fluuio natantem uidiſſet: in quo cũ uitam finiſſet: nã ſæpe ſe ibi lauabat: eo in loco ueneris argynidos tẽplũ cõſtruxit. Alcymnius Chius ait ĩ dithyrambis Hymęneũ ab Argynno fuiſſe adamatũ. Ariſtocles citharedus ἐρώμενος. erat Antigoni Regis. Sophocles quoq;. φιλομεῖραξ. fuit. At Euripides. φιλογύνης. Sophocles: ut Hieronymus Rhodius in hiſtoricis cõmẽtarijs memorat: formoſiſſimum puerũ extra muros: ut eo abuteret̃: duxit: quo cũ perueniſſent: puer ſtatim ſup herba ueſtem ſuã explicuit:

Sophoclis uero chlanidiũ circumduxere:itaq; post ueneris opus peractũ:puer rapto Sophoclis chlanidio aufugit:puerili ibi ueste relicta: Asopicus Epaminundę Catamitus:inquit Theopompus:qui Leuctricum trophęum in scuto habebat impresum: quod Delphis in porticu positũ ẽ. Cleonymus spartanus hominum primus mulieres ac uirgines formosissimas.cc. obsides accepit: ut duris samius inquit. Clisophos selymbrianus amauit statuã pario lapide cõfectã in Samo Ctesilis opus(ut Adeus Mityleneus ait)seq; in tẽplo ut coiturus inclusit: postea uero q̃ & frigiditate lapidis & duricie quod appetebat perficere ꝓhibitus est: tũc carunculã ꝓtundens admouit. Prolemon uel q fecit ĩscriptionẽ Heladicã Delphis inquit:ĩ tabularꝝ thesauro pueri sunt lapidei duo:quorũ alterũ spectator quidã appetiuit: ut Delphi aiunt:seq; cõclusit: cõsuetudinisq; signũ coronã reliquit:sed cum a Delphis depręhensus fuisset:super ea re consultus Apollo respondit hoĩem esse dimittendũ: q̃ premium dedisset. Quod aũt animalia quoq; ratione carentia amore capiãtur exemplis arguitur: Nã gallus gallinaceus cognomine Cẽtaurus amauit Scd̃m Nicomedis Bithyniæ regis aurigã ut Nicander tradit. ἐν αἰγίω. autẽ anser pueri amore captus est(ut Clearchus ait)Hic aũt puer Amphilocus dicebatur genere Olenius: ut Theophrastus ait. In Leucadia(ut auctor ẽ Clearchus)sic dilexit Pauo uirginẽ: ut cũ ea expirauerit. Delphinũ præterea in Iaso amasse puerum fama est:ut tradit Daris:qui cũ a palestra tum ueniẽtẽ in altum uehebat:rursusq; littori restituebat. Cœranus Milesius:ut Philarchus ĩ duodecimo ait:cũ uidisset piscatores retibus delphina cæpisse:iãq; in frustra recturos:numerata pecunia delphinum redemit: mariq; restituit. Paulo uero

poſt circa Myconem̃ naufragium cum̃ feciſſet:cęteris tem̃ peſtate obrutis:ſolus Cœranus a delphine ſeruatus eſt. Cũ autem iam ſenio confectus deceſiſſet in patria: efferreturq; iuxta littus forte in Mileſio portu delphinum multitudo apparuit non procul a ferentibus Cœranum : perinde ac ſi & ipſi uiro parentarent. Erubeſcant hoc legẽtes ĩgrati homines:qui multis magniſq; affecti beneficijs: ut nullã penitus referant gratiam:defunctos amicos:aut aliqua oppſſos calamitate deſtituant. Thargellia Mileſia quattuordecim uiris nupſit fœmina & formoſiſſima:& ſapientiſſima:ut Sophiſtes Hippias inquit. Anutis Bagazi uxor Xerxis ex pr̃e ſoror formoſiſſima Aſiæ fœminarum:ĩquit Dion. Xenopithia Lyſandridæ mater Peloponneſiacaꝝ mulierũ fuit formoſiſſima(ut ſcribit Athenæus)quã Lacedęmonij una cũ Chryſſe eius ſorore tunc interfecerunt: cum Lyſandridam inimicum exiſtentem Ageſilaus Lacedęmone expulit. Pantica Cypria formæ pulchritudine maxime inſignis extitit : quæ cum apud Olympiadẽ Alexandri matrẽ eſſet:uelletq; eam Monimus Pythionis filius uxorem ducere ꝓ eſſet. ἀκόλαςος. ĩquit Olympas. ὦ πονηρὲ τοῖς ὀφθαλμοῖς γαμεῖς καὶ οὐ τῷ νῷ. hoc eſt o ſceleſte nõ mẽte:Sed oculis uxorem ducis Charmus amator fuit Hippiæ:qui primus Cupidinẽ ad Academiã ſtatuit:cuius inſcriptio eſt. ποικιλομήχαν' ἔρως σοὶ τόνδ' ἱδρύσατο βωμὸν Χάρμος ἐπὶ σκιεροῖς τέρμασι γυμνασίου Chalcida Euboicam. καλλιγύναικα. appellauit Heſiodus ꝙ formoſas haberet mulieres. In Tenedo ĩſula Troica oĩum fœminarum pulcherimæ naſcũtur:inquit Nymphodorus Cypſelus:cum circa Alpheum urbẽ cõdidiſſet:templumq; & aram Cereri ſtatuiſſet:in eius feſto pulchritudinis certamen conſtituit : in quo Erodice ipſius Cypſeli uxor primũ

ſuperior extitit:ut Nicias in Arcadicis tradit. Adhuc autẽ hoc certamen perficitur:inquit Athenæus:in quo certãtes mulieres Chryſophori nominantur. Theophraſtus quoq; ait pulchritudinis certamen apud Eleos fieri: eiuſq; certaminis iudicium maximo perfici ſtudio:in quo uictores arma premij uice accipiunt: quæ(ut Dionyſius Leuctricus inquit)Palladi dicãtur. Victorem coronatum ad Palladis templum amici comitantur. Myrtea dabatur corona: ut Myſilus in hiſtoricis paradoxis ſcriptum reliquit. Alicubi etiam:ut idem ait Theophraſtus:de mulierum tam modeſtia ac temperantia: q̃ œconomia iudicium celebratur: ut apud barbaros. ἱερὸν τῆς καλιϖύγου ἀφροδίτη .hoc ẽ templum ueneris pulchras nates habẽtis: huiuſmodi de cauſa exædificatum eſt:ut refert Athenæus. Erãt ruſtico cuidam geminæ filiæ ſatis uenuſtulæ: quæ inter ſe de natium pulchritudine concertabant:uenerunt igitur. εἰς τὴν λεωφόρον. ideſt in publicam uiam: ſeq; adoleſcenti cuipiam oſtenderunt:ut utra eſſet. καλιϖυγοτέρα. iudicaret. Is utranq; diligenter cõſpicatus maiorem natu pulchriores habere nates iudicauit:eiuſq; amore captus eſt:domũ itaq; reuerſus totã rem ordine fratri enarrat:qui cũ relicta urbe ad huiuſmodi ſpectaculũ & ipſe ueniſſet minoris uenuſtatem adamauit. Quare inuito patre iam ſenio confecto uterq; ruſticas illas uxores duxerunt: quæ poſtea fortunis affluentes ueneris templũ cõdidere quæ καλίϖυγος. nuncupata eſt:nã & ipſę a ciuibus. καλίϖυγοι. appellabant̃. Lacedæmonij uirgines in obſcuro domicilio claudentes cum ipſis iuuenes concludebant:ut quam quiſq; caperet eam indotatam abduceret: quocirca Lyſandrum mulctarũt: ꝙ cum priorem amicam reliquiſſet: pulchriorem ducere maluerit: ut Hermippus

auctor est. In Lacedæmone: inquit Clearchus Solensis: in quodam festo fœminæ celibes circum aram trahentes. ἐρα-πίζουσι .i. hoc est alapis percutiunt: ut hanc ignominiam declinantes tempestiue uxores ducerent. Cecrops primus Athenis unicam uni uiro iunxit mulierem: cum antea his promiscue uterentur. διὸ καὶ ἔδοξε τισὶν διφυὴς νομισθῆναι. Quare cum duas socrates haberet uxores Xantippen.s.& Myrto Aristidæ filiam non qui. δίκαιος. dictus est: nam tempora non congruunt: Sed tertij ab eo: id Socrati a Callisthene: Demetrio phalereo: Satyro peripatetico: & Aristoxene obiectum est: nisi forte decreto quodam pmissum est: ut ob hominum raritatem: duæ ducerētur uxores. Persarū Reges multas habēt. παλλακίδας. quibus tanq̄ seruis utū tur. Vnam uero legitimā uxorem: quam cæteræ adorant. Priamus multis utebatur mulieribus: nec id Hecuba ægre ferebat: cui. xix. Erāt legitimi filij: reliqui nothi. At Medea Glauces nuptias nō potuit ferre. Clytemnestra Agamemnonem propterea interfecit: ꝗ Cassandrā pellicem pati non poterat: quā Agamemnon iam barbaris assuetus moribns secum duxerat. Hercules septē diebus quinquaginta euirginauit Thestij filias: ut Herodorus tradit. Aegeus. πολυγύναιος. fuit (ut Athenæus scribit) nam primam uxorem duxit Hopletis filiam: mox Chalcodōtis: quas cum amicis concessisset cum multis absq; nuptijs consuescebat. Postea Aethram Pitthei filiam duxit: deinde Medeam. Theseus rapuit Helenen: Ariadnā: Hippolyten. Præterea cercionis & Σίνιδος. filias legitime duxit Melibœam Aiacis matrem: ut istros tradit. Hesiodus addit & Hippen & Aeglen: propter quam iusiurandum Ariadnæ datum transgressus est: ut inquit Cercops. Pherecides addit & Perebœam. Ante

Helenen ex Troia rapuit Anaxo poſt autem Hippolytũ Phædram habuit. Dareus Rex.ccc.&.lx.habuit pallacas: quas in omnibus bellis ſecum ducebat: ut Dicæarchus tradit. Philippus rex Macedonum duos ſupra.xx. regnauit annos:ut Satyrus ait:cui Audata Illyris Cynnam peperit. Philam quoq; Derdæ & Machatæ ſororem uxorem duxit. Habuit & Nicetepolim Pheræam: ex qua Thettalonicen ſuſcepit:nec non & Philinam Lariſſæam:quę ipſi Arideum peperit. Olympiada præterea duxit:ut Moloſſorum imperiũ ſibi uendicaret:ex qua Alexãdrum Cleopatramq; ſuſcepit. Medã Cothelæ Thraiciæ regis filiam Olympiadi ſuperduxit:Cleopatramq; Hippoſtratæ ſororẽ: Attali. ἀδελφιδῆν. ex qua filiam habuit Europen. Eubulus his uerbis eũ execratur:qui his uxorem duxerit. κακὸς κακῶς ἀπόλοιτο ὅστις γυναῖκα δεύτερον ἔγημε· τὴν γὰρ πρώτην οὐκ ἐρῶ κακῶς, ὁ μὲν γὰρ ἦν ἄπειρος οἶμαι τοῦ κακοῦ. ὁ δ᾽ οἷον ἦν γυνὴ κακὸν πεπεισμένος. ſenſus eſt malus male pereat quicũq; ſecundum duxit uxorem:nam qui primũ non male dicam:hic enim ut puto malum expertus nõ fuerat:is uero quale mulier eſſet malum: nouerat:quot autem mala mulierum cauſa mortalibus acciderint haud facile eſſet recenſere. Nam Troianum bellũ propter Helenen extitit. Peſtis inter Græcos propter Chryſeida. Achillis ira propter Briſeida. Sacrum denominatum bellum per decennium inter Thebanos & Phocenſes ob Theano Thebanam mulierem a Phocenſe quodam raptã: geſtum eſt:ut in hiſtoriarum ſecundo duris teſtatur. Præterea Megiſto Pelagontis Phocẽſis filia cum Argiuis mulieribus ab Apollinis Pythij templo reuertentibuscapta a a Cirrhęis:cauſam belli brebuit:ut Calliſthenes auctor eſt:

quod ad decimum uſq; annum iter Cirrhæos & Thebanos protractum eſt: nam decimo tandem anno Cirrha a Phocenſibus capta eſt. Cambyſæ in Aegyptum expeditio ob mulierem: ut Ctenſias inquit facta ē. Nam cum Cambyſes ægyptias mulieres in coitu cæteris præſtare ītellexiſſet: ab Amaſide Aegyptiorum rege de filiabus unā: xorem petijt: qui ueritus: ne pro pallaca uteretur in filiæ locum miſit. νιτῆτιν. Apriæ gnatam: qui ſuperatus a Cyrenenſibus Aegyptiorum regno exciderat: & ab Amaſide fuerat occiſus: qua re cognita Cambyſes puellæ exhortatione patris ultionem exoptantis bellum Aedyptijs intulit. Dinon tamen in Perſicis: & Lyceas in Aegyptiacorum tertio Nitetim Cyro: non Cambyſæ ab Amaſide miſſam tradunt: natumq; ex ea Cambyſen: qui ut matrem ulciſceretur: in Aegyptum expeditionem fecit. Multæ quoq; domus fœminarum cauſa euerſæ: ut Philippi Alexandri patris ob Cleopatræ nuptias. Herculis propter Iolen Euryti filiam raptam. Theſei propter Phædram Minoiam. Athamantis propter Themiſto Hypſei filiā. Iaſonis ob Glaucen Creontis filiam. Agamemnonis Caſſandræ Priamidis cauſa. Duris Samius ait primum bellum duarum fuiſſe fœminarum Olympiadis & Eurydices: in quo alteram quidem bacchico more cum Tympanis in certamen ſcribit deſcendiſſe: Eurydicen uero ritu armatam Macedonico: utpote: quæ apud Cynacen Illyrida ſe in bellicis armis exercuerat. Lacedæmonij ante acies Cupidini ſacra faciunt: ut Athenæus ait: perinde ac uictoria in Structarum acierum amicitia poſita ſit. Cretenſes quoq; formoſiſſimos in acie pueros exornantes per eos amori ſacrificant: ut

Sosicrates tradit: apud Thebanos. ὁ ἱερὸς λόχος. uocatus ex amatoribus amatisque constat. τὴν τοῦ θεοῦ σεμνύνοντα ἐμφαίνων samii (ut ait Eyxias) gymnasium Cupidini dicarunt: cuius festum Eleutheria appellant: per quem deum Athenienses libertatem sunt assecuti. At pisistratidæ excidentes regno primi cæperunt. παράλειν ζῆς περὶ τῶν θεῶν Ἰούπερ προέξεις. Alexis ex arguens: qui amorem ut deum pinguit: in Phædro scripsit. ἔστι γὰρ οὔτε θῆλυς οὔτ᾽ ἄρσην, πάλιν οὔτε θεὸς οὔτ᾽ ἄνθρωπος, οὔτ᾽ ἀβέλτερος. οὔτ᾽ αὖθις ἔμφρων ἀλλὰ συνενεγμένος πανταχόθεν, ἑνὶ τύπῳ πολλὰ εἴδη φέρων, ἡ τόλμα μὲν γὰρ ἀνδρὸς ἡ δειλία γυναικός, ἡ δ᾽ ἄνοια μανίας, ὁ δὲ λόγος φρενοῦντος, ἡ σφοδρότης δὲ θηρός, ὁ δὲ πόνος ἀδάμαντος, ἡ φιλοτιμία δὲ δαίμονος. Aristoteles ait amatores nullam corporis amati partem magis spæctare quam oculos: in quibus uerecundia habitat. Licymnius chius cum. τὸν ὄνειρον. idest somni deum dixisset deperire Endymionem non dormientis claudit oculos: sed diductis genis amatum sopit: ut penitus spectandi uoluptate perfruatur: ait enim. ὕπνος δὲ χαίρων ὀμμάτων αὐγαῖς ἀναπεπταμένοις ὄσσοις ἐκοίμιζε κοῦρον. sappho præterea ei qui esse formosissimus dicebatur. Sta inquit e regione καὶ τὰν ἐπ᾽ ὄσσοις ἀμπέτασον χάριν. Aurora pulchritudinis causa dilexit cephalum: clotum: at Tithorum. Ceres Iasonem: Venus Anchisen: atque Adonidem. Iuppiter amoris causa in aurum conflatus: in taurum transformatus est: sæpius in aquilam ὥσπερ καὶ ἐπ᾽ αἰγίνῃ. inquit athenæus. Socrates quoque ob pulchritudinem amauit Alcibiadem. Aristoteles phaseliten discipulum in iudicio pulchritudinis: quod apud Eliden fit: primo: ut inquit Zeno, dantur arma. quæ palladi ferat: secundo ut bouem ducat: tertius. ζῆς θυηλὰς ἐπιτίθεσι.

Mos est spartanis ut hospitibus uirgines denudēt. In chio insula iuuenes cum puellis in gymnasijs luctantur. Hæc sunt quæ ex Athenæo a nobis excerpta: & ĩ latinū cōuersa sermonē: ideo in medium protulimus ut cōmuni oĩum studiosoꝝ cōsuleremus eruditioni. In quibus legendis si quid profeceris: tuū erit candidissime lector id totū nō mihi soli. Sed & illustrissimo uiro Antonio prato utriusq; Galliȩ magno cācellario acceptū referas. cuius de me benemeriti gr͞a hunc laborem libentissime subiuimus sub cuius nomine comentoriolos etiam ĩ Hermogenem paulo post deo fauēte in lucem edemus quod profecto iam dudum fecissemus ni maxima uis morbi quo superior̄ anno laborauimus nostrum remorata esset desiderium.

Mediolani Impressum per Ioānem de Castelliono
Anno Domini. M. D. XXI. Mensis Iulij.

STEPHANVS Níger epíſtolã alloquitur: quæ ad eximiũ uiꝝ Io. Frãciſcũ Marlianũ acceſsũ parat.

Stephanus Niger utriusq; literaturæ peritissimo uiro Galeatio Vicecomiti. S.D.

MVsonius Philosophus Tyrius Vicecomitũ clarissime, inter alia, quæ litterarum monumentis mandauit: sunt & præcepta quædam saluberrima: quibus reges humanarum rerum moderatores admonentur: sibi imprimis studio esse sapientiæ inseruiendum. quæ una cum Isocratis de regiis muneribus oratiõe in latinum a nobis conuersa sermonem: & ad eximium uirũ Io. Franciscum Marlianum missa: sub tuo nomine propterea imprimenda curauimus: ut te uindice tutius: ac libentius in eruditorum manus puenirēt. speramus. n. fore: ut nullus sit: quin ea q̄ libentissime perlegat: cum ea tibi æque græce ac latine doctissimo placuisse cognouerit. Vale.

Stephanus Niger epiſtolã alloquit᷑: quæ ad eximium uirũ Io.Franciſcũ Marlianum acceſſum parat.

QVid eſt ꝙ te cõponis ineptiſſima epiſtola: q̄d moliris. Epi.Quid moliar me rogas:aditũ.ſ. ad præſtãtiſſimũ uirũ Io. Erãciſcũ Marlianũ noſtra hac tempeſtate bonaꝝ artium certiſſimum columen.Steph.Audes ne tu eũ uirum temere adire:quẽ doctiſſimus:quiſq; utpote ſeueriſſimũ litteraꝝ criticũ:ac cẽſorem uereť cõpellare.Epiſ.Audeo mehercule:nec ad eũ accedere uiꝝ unq̃ formidabo:quẽ utraq; eſſe præditũ humanitate nullus eſt quin ingenue fateatur. Steph.Eſt ꝑfecto ut ais:ueꝝ cũ maximis atq; arduis in pręſentia ſit diſtrictus negotijs:& totos fere dies cũ prudẽtiſſimis huiuſce ciuitatis uiris huic uni rei maxime ſtudeat: ne Mediola.Reſp.immenſis fluctibus agitata nõ ſine cõmuni oĩum diſcrimine naufragiũ patiať. Caue: ne ſi ad eũ impudẽter acceſſeris. ἀβυδηνῶν. fias. ἐπιφόρημα. Epi. Quid ſibi uelit quod græce enũtiaſti uellẽ utiq; non ignorare:neq;.n. græcũ intelligo ſermonẽ:St. ἀβυδηνῶν ἐπιφόρημα .i.Abydenoꝝ bellaria græcũ eſt adagium: quod ut a te planius accipiať:breui ab ipſa origine repetã oratione. Abydus Mileſiorũ colonia in aſia ad Helleſpontum ſita: Sycophãtijs ac mollicie infamis extitit:unde ut obiter id quoq; ꝓuerbium adnotemus:deductũ ẽ. ἄβυδος ἐστίν. Abydus ẽ: q̄d perinde ualet ac ſi diceres ſycophãta eſt: ac calũniator ĩ ea ciuitate hęc inoleuerat cõſuetudo:ut poſt cœnã nutrices ad ↄuiuas afferrẽt ĩfantes: quoꝝ uagitus ꝙ moleſtię potius ac ꝑturbationi cõuiuis eſſet: q̃ uoluptati: inde ꝓuerbiũ deriuatũ eſt: Abydenorũ.ſ.bellaria: quo in eos uti conſueuimus:qui ſui aduentus importunitate moleſtiã ac ꝑturbationẽ afferunt.

Quare si sapis caue tu quoq; ne circũspectissimo uiro circa maiora grauioraq; occupato idẽ fias quod Abydeni infantes suis esse conuiuis solent. Epi. Ego mediusfidius ita eum sum modeste ac prudenter ad locutura: ut animi potius hilaritatem: quã ullam perturbationẽ me ei allaturam haud quaq̃ desperem. Steph. Dic queso quid tecũ afferas: quod tantũ tanq; eruditum uiꝝ ullo afficere oblectamẽto possit: neq; enim is ẽ: qui puerilibus oblectetur nugis. Epi. Quas mihi nugas garris: an in tantã me esse demẽtiam redactam arbitraris: ut puerilia deliramenta me ei uiro imprudenter adducturam: tibi persuadeas qui nostræ ciuitatis grauissimus ac sapiẽtissimus & sit & merito habeat: Steph. Quid igit in te erit: quod ei esse uoluptati ualeat. Epi. Sermo uidelicet Romanus: quo mirũimmodũ (ut audio) oblectat. Nam in fallor nostra nullam præsefert barbariem oratio. Sum præterea Musonij opusculum: quo reges admonẽtur sibi esse in primis sapiẽtiæ studio inseruiẽdum per te latinũ factũ: nec nõ & Isocratis de regijs officijs orõnẽ nuꝑ a te in latinũ conuersam sermonẽ ei pollicitatura quã: cũ ꝑsertim multa sibi sint regia munia: obeunda: ipsi fore quã gratissimã censemus. Steph. Non possum satis mirari dementiam tuam q̄ Io. Francisco uiro præstantissimo isocratis oratiõe ad Remp. prudenter administrandam opus esse arbitreris: quo nostri inclyti senatus duce Mediolanẽsem Remp. fore fœlicem nullus est qui ambigat. Nam princeps ingenij & doctrinæ Plato: tum deniq; fore beatas resp. existimauit: cũ aut docti: aut sapientes uiri eas regere cœpissent: aut qui regerent omne suum studium in doctrina sapientiaq; collocassent. Quod cum ita esse credendum sit: quis non sperabit nostram hanc Remp. fortunatissimam interea futuram

dum Marliano fructur moderatorẽ. Quippe qui nõ modo doctiſſimus ſit ac ſapientiſſimus: uerum etiam omne ſuum ſtudium in doctrina ac ſapientia collocarit: quẽ haud iniuria noſtri temporis Solonẽ nũcuparemus. Nã ut ille oĩum primus duabus Remp. rebus cõtineri dixit: premio uidelicet ac pœna. Ita Marlianus noſter omnium maxime bonos ingẽtibus præmijs: malos extremis ſupplicijs pſequi nunq̃ defatigatur. Quare ni quid aliud eſt: quod ad cõueniendũ uiꝶ te urgentius impellat: tibi lõge melius cõſules: ſi domi morata fueris: q̃ ſi tam prudentis uiri exactiſſimum temere ſubiueris iudicium. Solet enim quæ oẽs nõ habent numeros: naſo ſuſpendere adunco. Neq; enim Iſocratis oratione ad Rempub. ſapienter regendam Marlianũ indigere tibi perſuadeas. Epi. Perterrefacis tu me quidẽ iſta tua oratiõe: & a propoſito deterres: pudetq; iam me tantũ adire uirum. Sed eſt quod ſtimulos adigat: nec me ab inſtituto deſiſtere patiatur. Steph. Dic amabo quid hoc ſit: quod te: ut tãtum audeas facinus non modo exhortetur: uerum etiam: ut ais urgeat. Nihil enim mihi eſſe gratius poteſt quam ſi feceris: ut quid hoc ſit abs te q̃ celerrime ĩtelligã. Epi. fuerat mihi in animo te inconſulto atq; ignaro hoc cõficere negocium: nec quicq̃ tibi prius ſignificare q̃ exactum fuiſſet. Cęterum cum animaduertam id te tantopere ex optare: quin tibi mo rem geram: facere non poſſum: noueram te cum tuis tum aliorum pręcibus ac cõmendationibus lectionem græcam Io. Franciſcum Marlianum: qui doctrinarum orbi nõ immerito præeſt iam ſæpius fruſtra eflagitaſſe: quod ægre mo leſteq; ferebam: cum præſertim id te potius omnium lr̃arũ græcarum ſtudioſorum impulſu: q̃ ulla lucri: aut honoris cupiditate feciſſe me minime lateret. Quare hominẽ oĩno

adire:omnesq; eloquentiæ machinas omnia tormenta:quę ad humanas mentes expugnandas faciunt: mecum adferre cōstitui. Spero enim fore:ut in meã uel adducã uel traham sententiã. Nã ut Mysis illa Terentiana inquit. Dũ ĩ dubio est animus paulo momento huc uel illuc impellit̃. Steph. Ne si flexanimã quidẽ illam dicendi præsiden: quã Græci Pytho & unicã inter hoĩes tyrãnũ: Ennius Euadã: Fabius p̃suadẽdi deã: Cicero leporẽ appellat: tecum habueris: te illius cōstantẽ posse mẽtem flectere ac cōmouere: mihi unq̃ p̃suadebo: cuius aĩum mitiorem reddere huiusce ciuitatis primates uiri suis p̃cibus adhuc non ualuere. Itaq; si mihi obsequi uolueris: te domi ɔtinebis: nec oleũ & operã p̃des. Nã haud secus ꝓficere mihi uident̃: qui eũ rogant: ac si in aqua scriberẽt: aut uẽtos colerẽt: quod fortassis iccirco facere uideri pōt: ut nō alioꝝ p̃cibus: sed sua spōte nobis lectionẽ detulisse existimet̃: totũq; beneficiũ soli sibi acceptũ referat̃. Epi. Est ꝑfecto magni aliquid: quod tãtũ uirũ suspensum atq; ancipitẽ in ista re tenet. Sed dic sodes quos habes ad hãc lectionẽ cōpetitores? Steph. Neminẽ: q̃d sciã: utinã esset: qui me doctior atq; eruditior hanc ꝓuinciam subiret: nã ei libenter cederẽ. Semp. n. fui (ut nō te fugit) discipulorum cōmodi q̃ studiosissimus. Epi. Quid respondet his: a quibus tuo noĩe rogat̃? Steph. Nihil utiq; q̃d recte p̃cipi possit: nã modo tp̃s nescio q̃d: modo Basilij Demetrij pręceptoris quōdã mei reditũ uĩ expectare. Epi. Ego q̃dem si recte memini: ex te q̃ sæpissime audiui Basilium Lascharis: a quo unice diligit̃ p̃rocinio Romæ publicæ profiteri: esseq; summo pōtifici: ob p̃ris memoriã oppido q̃ acceptũ: nec ꝓpterea Mediolanũ amplius reuersurũ. Steph. Dixi sane: & id mihi ita cōpertum atq; exploratũ est: ut certius nihil no-

uerim:sed hoc mihi esse impedimento minime uidet':quandoquidem ob maxima Demetrij in me officia omnibus notum fecerim:me eius filio si ante caleñ. Nouẽbris redierit q̃ libentissime cessuꝝ. Epi. Quid igitur obstat cur lectionem non assequaris. Steph. Nescio mehercule: nisi quicquid id est:cupio intelligere. Epi. Faciã ego quidẽ: ut q̃primum de hac re certior fias. Steph. Quonam id pacto efficies. Epi. Ipsummet cõueniã:daboq; operã:ut suam mihi super hac re ꝓferat sentẽtiã:ne te:ac discipulos diutius suspẽsos teneat. Steph. Ne facias si mihi bene uis: ne dum prodesse cupis: noceas. Est enim (ut superius diximus) usq; adeo in rebus serijs & ad Remp. pertinentibus occupatus: ut paucis admodum ad eum pateat aditus. Epi. Sũt ne Marliano liberi. Steph. sunt:quid tum. Epi. In studijs liberalibus eruditi an litterarum omnino ignari? Steph. Bonaꝝ artiũ peritissimi: tãtoq; ĩgenio: ac doctrina præditi:ut patrẽ usq; quaq; referant. Epi. Quid si ad eos cõfugero:rogaueroq;:ut me ad patrẽ introducant:non ne benigne excipient? Sth. Vide amabo quid facias:sunt enim adeo nasuti:ut Rhinocerõtis nasum habere credas: nec quicq̃ nisi perfectum ĩgenio elaboratum industria: diuturna cogitatione compertum ac meditatum facile admittunt:cætera respuunt:obaudiunt: stomachantur. Epi. Noui quid mihi innuas:ut uidelicet intra limẽ me continea:non faciã utiq;:nec si tu timidus es: propterea eos adire nõ audebo:q me Ludouico Tõso adolescẽte modestissimo saltẽ ĩpulsore nõ ĩuiti admittẽt: quare ualebis. Steph. Vt lubet faciat:sed poteras tutior esse domi.

MVsonius philosophus Tyrius iter senatores eminẽtissime: cũ alia q̃plurima ad usũ mortaliũ spectãtia posteris tradidit:tũ uel ĩ pris saluberrĩa q̃dã ꝓcepta qb⁹ Reges hũanaꝝ reꝝ moderatores admonẽt':sibi maxie

ſtudio eſſe ſapientiæ inſeruiendum. Nam cum eius domicilium ex regibus Syriȩ quidam ĩgreſſus eſſet: dataq; ac reddita ſalute inter ſe ſermones eſſent credere auſpicati. Tum philoſophorum ſuæ ætatis præſtantiſſimus ita Regẽ allocutus eſt. Ne tibi perſuadeas Rex inclyte cuiq̃ eſſe magis q̃ tibi philoſophandum: idq; tibi eſſe ea maxime de cauſa faciendum: q̄ regium obtines imperium. Eſt enim propriũ Regis poſſe homines & conſeruare & beneficijs afficere. Oportet autẽ ut qui multos conſeruare: atq; officijs pſequi cupit: id præcipue teneat: quid ſit homini bonũ: quid malũ: quid profit: quid obſit: quid utile: quid inutile: q̄ ſi pereunt quidẽ qui in mala incidunt: ſeruantur uero qui bona conſequuntur: & beneficijs quidem afficiũtur: qui his digni iudicant̃ quȩ maxime & iuuent & utilia ſint: maleficijs uero: qui in damnoſa atq; inutilia impellũtur. Quid ſit bonum: quid malũ quid conferat: quid obſit: quid utile: quid inutile: diſceenere non ad aliũ q̃ ad philoſophũ pertinet: quippe qui ĩ eo ipſo cõtinue uerſat̃: huic uni rei ſtudet: ne qd horũ ipſum lateat: & hanc ſibi artem facit: recte pcipere quid potiſſimũ ſit: quod hominem tã fœlicem q̃ infœlicem reddat. Ex his euidentiſſime cõſtat philoſophari maxime Regem oportere. Præterea cõuenit regi: qn imo neceſſe eſt ita ſubditis uera dare: ut ne quiſpiam plura q̃ par eſt cõſequatur: nec cuiq̃ præter dignitatẽ aliquid adimatur: ſed pro dignitate ac meritis unicuiq; tribuatur. Quo autem pacto hæc quiſpiam non iuſtitia præditus præſtare poſſit. Iuſtus uero quomodo eſſe qs poterit: ſi qualis ſit iuſtitia penitus ignorauerit: Eſt itaq; rurſus regi philoſophandum. Neq; enim niſi fuerit philoſophiam ſectatus æquitatem: æquumq; tenere unq̃ exiſtimabitur: nec mehercule eum qui æquitatẽ

didicerit: non

didicerit: non multo melius iustitiam nosse q̄ qui non pceperit: dicendum est: nec utiq; credendum non esse eos huiuscemodi rerum rudes atq; imperitos: qui nunq̄ fuerint philosophati. Quo fit: ut sæpenumero homines inter se contendant: ac digladienter: cū alij alia æquiora esse cōfirmēt: quod profecto nequaq̄ facerēt: si quod equū: quod iniquū sit in iure appellandum proculdubio tenerent. Neq; enim de candido ac nigro: calido & frigido: molli ac duro: quæ omnes qualia sint non ignorant: nullum oritur inter mortales certamen. Sed de huiusmodi eadem omnes & sentiūt & fatentur. Quare de æquo quoq; atq; iniquo pariter sentirent: si æqua ab iniquis adamussim dignoscerent. In quo autem unanimes ac concordes non sunt: id ipsum quale sit omnino ignorare uidētur. Nec tu quidem (ut mihi uidere uideor) huiusce orationis expers es: unde tanto est tibi diligentius æquitatis cognitioni uacandum: quanto Reges q̄ priuatos iusticiā ignorare turpius ducit̄. Præterea & Regem ipsum modestia ac temperantia præditum esse: & cæteros quibus imperat: modestos ac tēperātes reddere oportet: ut & hic modestius imperet: & ipsi honestius obsequantur: neutri autem delicientur. Nihil enim est tam Regibusq̄ priuatis luxu ac delitijs perniciosius. Quo autē pacto quispiam aut temperantia utetur: cum imperare cupiditatibus haud quaq̄ didicerit? aut itēperantia difluēs alios modestos ac temperatos efficiet? Quæ autem scientia præter philosophiam ad modestiam perducat nulla est. Hæc enim uoluptates uincere: auaritiam pessundare: frugalitatem diligere: uerecundiam seruare: linguam cōpescere: custodire homines edocet. Quæ cum homini insunt: eum grauem: uenustum: ac modestum reddūt: eoq; magis si rex

fuerit:tum enim & deorum similis:& maxime uenerandus existit. Vt autem quispiam intrepidus sit:audēs:& minime formidolosus:id præstat fortitudo:quæ nemini utiq; inesse potest: qui in morte: ac labore nihil omnino esse mali sibi nō persuaserit. Hæc.n. homines perterrefaciunt:& a mēte deturbant:cum esse mala creduntur. Mortem autem ac laborem:nullum mortalibus afferre malum: sola docet philosophia. Quare si fortitudo est regibus acquirenda (ut omnino est) nulli debent Reges diligentius rei uacare: q̄ philosophiæ: cum alioquin fortes ac strenui esse nequaq̄ ualeant. Est item si quicq̄ aliud:& hoc maxime Regium dicendi facultate minime superari: & haud secus desertantes oratione:atq; pugnātes armis hostes uincere. Nā si ī hac re imbecilles se esse reges ostenderint:necesse erit:ut q̄ sæpissime seducant̄:& falsa pro ueris interdū admittant:qđ maxime imprudentiæ extremæq; est īdiciū ignorātiæ. At nescio an philosophia quicq̄ magis mortalibus largiri soleat: q̄ ut ne oratione superentur. Nam qui philosophiæ operam nauauit:uera oppidoq; facile a falsis discernit: & hac quidē facile redarguit:illa uero cōstanter confirmat. Rhetores igit̄ si quando in certamen cum philosophis descēderint: adeo ipsis philosophis inferiores reperiuntur: ut interdum & in dicēdo deficiant:& inter se cōtraria dicere cogant̄. Quod si Rhetores:qui sibi hoc unum proponunt:hoc solum meditantur:ut dicendi copia cæteris præstēt: ipsis philosophis longe imbecilliores in dicendo deprehenduntur: quid de cæteris hominibus suspicari debemus? Quare si quis regia præditus dignitate uictoriam in orationibus exoptauerit: sibi esse philosophandum sciat: ut ne in hac quidem re se a quopiā superari posse timeat:cū præsertim ubiq; intrepidū

esse Regem : atq; inuictum esse deceat. Est autem omnino necesse: ut Rex bonus ita se gerat: ut nec uerbo: nec opere unq̃ delinquat: omniq; in re consumatus existat : siquidem priscis uidebatur Regem ipsum animatã esse legem: Iustitiam quidem:ac concordiam machinãtem:iniquitatẽ uero ac seditiones arcentem: animoq; ĩ subditos paterno Iouem æmulantem. Talis autem quo esse modo quispiam potest: nisi quadam præstantia à cæteris differat:optimaq; sit disciplina imbutus:easq; omnes uirtutes assecutus : quæ hominem deceant. Quod si alia est scientia: quæ hominis naturam & ad uirtutem ducat:& ea quæ honesta sunt adire atq; exercere doceat:cum ipsa philosophia cõferatˀ:& utra facilius optimũ ac præstantissimũ efficere regẽ ualeat:iudiceˀ: ut qui bonus & esse & haberi rex cõcupiscit : potiore utaˀ: sin autẽ nulla alia ars ne pollicetur quidẽ uirtutis traditionẽ ac disciplinã:sed aliæ q̃dẽ circa corpus tantũ humanũ:& quæ ipsi corpori utilia sunt uersantur: aliæ uero & si animi cultũ attingunt:cetera tamen omnia potius q̃ unde modestior:ac tẽperantior reddatur. Hoc machinatur quo pacto homines malitiã quidẽ declinent:uirtutẽ uero consequantur. Si hæc ita se habent : quid est q̃ ab eo qui optimus esse Rex concupiscit philosophiæ sit studio præponẽdum. Ego quidem nullum esse bonũ regem cẽseo:quin statim & philosophus necessario sit. Nec contra ullum esse philosophũ existimo:quin & rex sit. Primũ itaq; quod prius est speculemur nunquid fieri potest:ut quispiã uir nõ bonus existens bonus sit rex:non est utiq; dicere. Bonus autem uir esse nemo potest : quin & Philosophus: per Iouẽ st quidẽ philosophari:honestatis:ac bonitatis studiũ præsefert. Quare bonum regẽ necessario statim & philosophũ esse fatendũ est.

Præterea ꝙ philoſophus ſit: etiam rex ſit oppido q̄ facile ꝑcipere poteris. Nam ſi gentes bene moderari: ciuitates prudenter regere: ꝓuincias recte adminiſtrare: hominibus merito imperare: maxime regium eſt. Quis aut melior ciuitatum præfectus: aut dignior ac præſtantior hominum imperator philoſopho inueniri poteſt? quē: ſi uere philoſophus appellandus: & prudentem eſſe decet: & temperantem: & magnanimū: nec nō & æquitatis ſeruātiſſimū: laborum patientiſſimum: inuentorem executorem: præterea audētem: intrepidum: ea maxime quæ cæteris terrorem incutiunt tollerantem: item beneficium: humanitatis: ac frugalitatis ſtudioſiſſimum: quo quidem uiro quis ad imperandum accōmodatior excogitari poteſt? Nullus profecto. Quod ſi nō multos ſibi obſequentes atq; obtēperantes habeat: nō propterea tamen regia priuatur dignitate. Satis eſt enim ſi exiſtentibus amicis imperat: aut uxori. aut filijs: aut deniq; ſibi ipſi. Neq; enim qui qaucos curat minus eſt medicus cognominandus: q̄ qui multos: modo medēdi peritiam teneat: & qui paucos docet non minus muſicus eſt dicēdus: q̄ q multos: modo muſicam habeat facultatem: & qui uno aut duobus equis: haud ſecus equeſtris eſt: ac ſi plurimis uteretur: modo equitandi peritiam fuerit aſſecutus. Eadem igitur ratione qui paucis imperat: non minus regiū meretur cognomen: q̄ qui etiam innumeris domiuatur: modo regnandi ſit peritus experientia. Quod cum & ſocrates non ignoraret: Philoſophiam ipſam ciuilem ac regalē ſcientiā nūcupauit. His Muſonij præceptis uſq; adeo eſt rex oblsctatus: ut & eius orationi maximas ſtatim egerit grās: & petēdi quodcūq; uellet optionem nō recuſaturus obtulerit: quod cum audiuiſſet Muſonius: peto inqt: ut his quę tātopere cōmē-

das obsequaris:quod si feceris & mihi summoppere gratifi caberis: & maximam iode utilitatem consequeris. O regiã Musonij magnanimitatem: qui satis se muneris a beneficẽ tissimo rege accepisse professus est:si ea ipse diligenter imitaretur:quæ optimum ac præstantissimum regẽ essent redditura. Quæ Musonij præcepta attica dialecto conscripta cum ego in latinum uertissem sermonem:amplitudini tuæ propterea dedicare constitui:q & a regio latere nunq̃ discedas:& q̃ plurima regia obeas munia. Es enim eo cõsilio præditus:ea fide atq; ĩtegritate exornatus: ut totius imperij gubernacula haud secus tibi atq; sibi rex ipse cõmittat:nihilq; omnino te inconsulto aggrediatur: quod ad regnum tam amplificandum:q̃ stabiliendum pertineat: quod profecto ĩ causa est:ut omnia & ad uota succedant: omniũq; qui unq̃ fuere fœlicissimus habeatur. Neq; enim:ut multi cõsueuer̃ regis amicitiam obsequio aucuparis:sed simplici:ac sincera ueritate: ita tibi eum deuincis:ut ea demum sibi prospere cessura existimet:quæ approbante te atq; imppellente fuerit auspicatus:nec mehercule iniuria. Nihil enim quod prę ter æquitatem sit:nihil:quod regiam non deceat maiestatẽ ipsi faciẽdum:suggeris. Quare haud immerito rex noster inuictissimus te pluris etiam facit: q̃ Macedonie rex Philippus Antipatrum feceret:qui ut Carystius scriptum reliquit: in tanta rerum mole quoties solito plusculum uino indulgere constituebat: bibere oportet dicere cõsueuerat: satis est enim sobrius Antipater. Nam nõ modo Antipatrũ modestia superas ac temrantia:uerũ & fide Achatem: qui Aeneæ fidissimus fuisse comes perhibet̃:nec nõ & Hephestionem:cuius fidissimo comitatu adeo est Alexander Magnus oblectatus;ut & uiuũ semp maximi fecerit:& mortuũ

honorificentissime sepeliēdū curauerit. Plura enim q̄ decē milia talenta ī eius exeqas errogata scribit Arrianus. Quid de Patrocli in Achillem beneuolētia obseruantiaq; dicam: quæ licet maxima fuisse prodatur: tua tamen erga magnificentissimum Regem nostrum longe maior:& pręsentibus apparet:& posteris tradetur. Sed quid ego in his oratione mea explicādis:quæ luce ipsa clariora sunt:diucius īmoror cum presertim nullus omnino sit qui ignoret: te adeo esse Regi nostro inuictissimo & carum & periucūdum:ut ipsemet sibi nec carior sit:nec iucūdior. Quare iā oratiōi meæ finem imponam:si te tamen prius hoc unum rogauero: ut cum aliquid ocij apublicis negocijs nactus fueris:post hæc Musonij pręcepta Isocratis quoq; de regijs muneribus orationem a nobis latinam factam percurras:in quibus lectitādis:& si parū utilitatis pcipies:ꝙ ea quoq; minime te lateāt plurimū tñ oblectationis cōsequeris: cum ea tibi nequaq̄ īcognita fuisse aīaduertes: quæ ut nō oībus cognitu facilia pręclarissima īgenia lr̄aꝵ monumētis mādare uoluerūt.

QVi uobis quid Regibus ⁘ Nicocles uestes as aurū operosum aliaq; huiusmodi mittere cōsueuerunt: quorum ipsi īdigni sunt:uos affatim exuberatis: hi mihi non dono uobis aliquid dare. sed mercaturam exercere:multoq; artificiosius hæc quam institores uendere uidentur. Ego autem hoc pulcherrimum:maximeq; conducibile: teq; haud minus q̄ me dignū fore munus arbitrabor: Si potero oratione terminare:quæ nam studia expetēs: quibusq; facinoribus temperans optime & ciuitatem & regnū administrabis. Multa enim sunt:quæ priuatos īstituunt:& maxime ꝙ illis delitiose uiuere nō dat̄:sed p singulos dies:

quod ad uictum pertinet elaborare coguntur. Sint praeterea leges: quibus obsequētes res ciuiles administrant. Mox libera oratio: & quod in mutuis noxis amicos increpare: inimicos iuadere liceat. Postremo ueterꝵ poetaꝵ nō nulli agēdae uitae pręcepta reliquere. Quare ex his oibus eos meliores fieri par est existimare: regibus uero nil tale existit. uerꝵ cū iam imperiū adepti sunt: licet tum maxime institutione indigeant: nullam tamē audiunt admonitionē. Hominū.n. q̄ plurimi quidē illis nō adhaerent. Qui uero eoꝵ cōsuetudine utunt̄ obsequio studēt. Quae & plurimarū pecuniaꝵ & reꝵ maximarū domini existentes: cū his non recte utant̄ in causa sunt: ut multi dubitauerint: utrū priuatoꝵ placide quieteq; digentiū. an tyrānoꝵ uita sit potius optāda. Cū.n. honores: diuitias: potentiam contēplantur oēs qui rerū potiantur dijs aequales existimāt. Cū uero formidinē: discrimina memoria collegerint: meminerintq; eorū quidē nō nullos a quibus minime decebat iterfectos: alios uero i arctissima sibi affinitate cōiunctos: saeuire coactos: plerisq; autem utraq; haec accidisse. Rursus ut cumq; uitam agere longe melius arbitrant̄: q̄ cū huiusmodi calamitatibus uniuersae Assiae imperare. Huius autē inconstantiae ac ꝑturbationis causa est ꝙ regiā dignitatē perinde ac sacerdotiū cuiuscūq; esse uiri opinant̄: quod humanarū reꝵ maximum: ē plurimaq; indiget prouidentia. Ad singulas igitur actiones: quibus optime quispiam gubernare possit: & quae bona quidē sunt tueri: calamitates uero declinare eorum utiq; erit consulere: quorū consuetudine uteris. Ego uero in uniuersum ea studia quae tibi sint consideranda: & in quibus uersari deceat enarrare conabor. Vtrum autem elaboratum donum hac materia sit futurum dignum a principio iudicare

ſane q̄ difficile ē.n. Multa & quæ cōtinent̄ pœmata:queq̄ metris ſolutiora ſunt:adhuc ſub auctorū iudicio exiſtentia maximas prebuerunt expectationes: ſed cum iam perfecta & in lucem edita fuerunt:multo ſpe iferiorem exiſtimationem ſuſceperunt. Verūtamen & hic ꝑfecto tractatus bene habet:querere ſcilicet quæ ab aliis relicta ſunt:& principatibus leges ſtatuere. Qui enim priuatos inſtituunt:illis tantum proſunt:ſi quis uero multitudini imperitantes ad uirtutem hortatus fuerit:utroſq; utilitate afficient:& imperiū uidelicet obtinentes:& ſubiectos illis.n. principatus tutiores:his Reſpublicas humiliores reddēt. Primū itaq; qđnā ſit regium munus conſiderandum eſt. Nam ſi totius rei caput uimq; recte perceqerimus:tunc de cęteris partibus longe melius dicemus. Omnes equidem faſſuros arbitror:prīcipes maxime decere: ut ciuitatem procul ab omni infortunio ammoueant:& in perpetua fœlicitate conſeruent: & ex parua ingentem rfficiant. Alia uero quæ per ſingulos accidunt dies:horum cauſa ſunt agēda. Atqui illud ſaltem manifeſtum eſt:oportere ne qui hæc ſunt præſtaturi: deq; his conſulturi deſidia torpeant:ſed continue meditent̄ quonā pacto cæteris prudentiores & uideri & eſſe poſſint. Oſtēdimus enim tales habituros principatus:quales ſuas iṗorum ſententias præparauerint. Quare athletarum nemini ęque corpus exercere couuenit:ac regibus ſuum iṗorū ingeniū. Omnes enim cōuentus nullam horum certaminum partē conſtituunt:pro quibus uos per ſingulos contenditis dies. Quæ recordatum oportet attendere animum:ut quantū alios honoribus præſtas: tantum & uirtutibus præcellas: neq; exiſtimes in aliis quidem rebus utilem eſſe diligētiam. Ad nos uero meliores prudentioreſq; reddēdos:nullā uim

habere:

habere:nec tantã esse hominũ infœlicitatem esse ducas: ut nosmet ipsos meliores efficere non ualeamus: cũ eas excogitauerimus artes: quibus ferarũ animos mansuefacimus melioresq; præstamus:adhibito præsertim studio: ac disciplina:quæ nostrum animũ plurimũ iuuare possunt. Sic tua sit snia:& præsentibus prudẽtissimorũ cõsuetudinę utere:& quoscũq; poteris arcessere:nec ꝓbatissimorũ poetarũ te:sophistarũq; oportet expertẽ esse arbitreris:sed horũ quidem auditor: horũ uero discipulus fias:teq; & minorũ iudicẽ:& maiorũ æmulũ cõstituas: his etenim studijs q̃ celerrime talis euades:qualẽ eũ qui recte sit ĩperaturus ciuitatemq;(ut par ẽ)gubernaturus:oportere esse docuimus. Maxime aũt te ipm ad uirtutẽ excitabis: si deteriores melioribus dñari: demẽtiores prudẽtioribus ĩperare graue atq; indignũ arbitratus fueris. Q uãto.n. uehemẽtius aliorũ opinionẽ cõtemꝑseris:tãto magis tuã exercebis. Hinc igit̃ eos ĩcipere oportet:q eorũ aliquid sit facturus:quæ ĩperatorẽ deceãt. Opus est præterea humanũ:ciuitatisq; amatorẽ esse Regẽ. Neq; enim qsq̃ eqs:aut canibus:aut hominibus: aut alij cuiq̃ rei recte unq̃ ĩperabit:nisi quorũ susceperit curã maxime oblectatus fuerit. Multitudini studeas:illiq; amice ĩperare plurimi facias:nõ ignorãs ex paucorũ potentijs cæterisq; ĩperijs: ea diutius ꝑmanere:quæ multitudini optime ĩseruiãt. Recte autẽ populo imperitabis: si neq; multitudinẽ ulla affici cõtumelia ꝑmiseris:neq; affectã cõtempseris: sed id cõsideraueris:ut & optimus quisq; honores cõsequat̃: & reliqui nullã iniuriã patiant̃. Hæc.n. prĩa:maximaq; ĩperij elementa sunt. Aedictorũ institutorũq; si quæ sunt haud rite cõstituta amoueas ac cõmutes: & in primis erga optimos per q̃ officiosus existas eaq; imiteris:quæ apud alios recte habẽt.

leges ĩquire & æquas & utiles:& sibi inuicē cōcordes:mini meq; ancipites:sed quæ oppido q̄ faciles habeāt solutiōes. Oīa etenim hęc legibus rite perlatis iesse decet. Earū execu tiones quidem quæstuosas:cauillationes uero dānosas:cō stituas:ut has fugiant:& illas libenter amplectantur. In ci uium controuersijs iudicia nō in gratiam proferas:neq; in uicē cōtraria:sed eadē semp de ijsdē cognosce. Decet enim maximeq; conducit: haud secus stabilem & firmam esse re gū pro æquitate sentētiā:ac leges optime cōstitutas. Ciuita tes æq; atq; patriā domū regijs quidē ac præclaris apparati bus:diligētibus aūt actionibus moderare:ut simul & ꝓbe ris & perseueres. Liberalitatē ĩ his minime:quæ statim ela bunt:sed in prædictis & in possessionū pulchritudine ĩ ami corū officijs præteferas. Huiusmodi enim impensæ & tibi ipsi permanent:& posteris lōge his quas absumpseris nobi liores relinques. Quod ad deorum cultū attinet:ea facias: quæ a maioribus accepisti. Illud aūt pulcherrimū esse sacri ficiū:maximūq; deoꝶ cultū arbitrare:si q̄ optimū te inuicti simūq; ꝑbueris. Tales nāq; reges boni aliqd nuentibus dijs potius eē facturos. q̄ q multas mactāt uictimas sperādū ē. Familiarissimos qdē honorificis magistratibus:beneuolē tissimos uero uerissimis insignes redde. Amicorum uirtutē & ciuium beneuolentiam tuamq; modestiam ac temperan tiam tutissimam esse corporis custodiā tibi persuasum ha beas:per hæc enim & parare: & tueri tyrānides facile quis posset. Priuataꝶ ædium curam suscipias: eosq; qui nimios faciant sumptus de tuo absumere arbitrare: & qui operis aliquid cōficiāt:res tuas augere existima. Quicquid enim ciuitatem incolentes possident: idipsum illis quoq; pecu liare est:qui recte imperium administrāt per omne tēpus.

Tanti uerũ facere omnibus uidearis:ut oratio tua q̃ aliorũ iusiurandũ maiori sit digna fide. Omnibus hospitibus tutã prebe ciuitatẽ. Et ad contractus legitimam:plurimi facias non eos qui te cum muneribus adibũt: sed eos qui a te acci pere dignum iudicabunt. Nã si huiusmodi homines hono rabis:apđ alios magis ꝓbaberis. Oẽm ciuibus tuis eximas metũ: neq3 illis uelis esse formidolosus:qui neminẽ iniuria afficiunt. Nam ut alios erga te ipsum disposueris: ita & tu aduersus illos affectus eris. Nihil ira iracũde agas:sed alias uidearis cum dabitur occasio. Acrem te nunq̃ ostẽde: tanq̃ eoꝝ quæ gerunt̃ nihil te lateat. Mitem rursus ac clementẽ in sumendis supplicijs te exhibeas prĩcipẽ agas nõ sæuitia: & grauiter puniẽdo:sed ita alios tua sentẽtia superando: ut oẽs te melius suæ ipsoꝝ saluti cõsulere existimẽt. Rei mili taris peritia apparatibusq3 bellicosus fias. Ita uero pacis amator:ut nihil præter æquũ acquiras. Ita cũ minoribus ci uitatibus uersare:ut maiores tecũ uersari dignũ iudicares. Ne de una quaq3 re cõtendas:sed de his tantũ:ĩ q̄bus si su perior fueris utilitatẽ ꝑcipies. Fatuos existima ñ q cũ emo lumẽto uicti sint:sed q cũ detrimẽto uicerint. Magna sapiẽ tia uiros puta:nõ q maiora q̃ possint capere ãplectant̃: sed qui mediocria quidẽ capiãt: ꝑficere uero ualeãt quę fuerit aggressi. Aemulare nõ eos q maximũ sint prĩcipatũ adepti: sed qui præsenti optime utunt̃. Te fortunatissimũ fore ar bitrare nõ si omnibus hominibus cum mœtu ac discrimine ĩperaueris:sed si talis existẽs: qualem te esse oportet:& ut ĩ præsentia moderata concupiueris:nulloq3 hoꝝ indigueris. Amicos cõpara nõ uolentes oẽs:sed eos tãtũ:q tua amicitia digni uidebunt̃: Nec cũ q̄bus dulcissime uersaberis:sed cũ q̄bus q̃ optĩe ciuitatẽ administrabis. Eoꝝ ꝑiculũ diligenter

facias:quoꝝ cõſuetudine uteris:nõ ignorãs oẽs:qui tibi nõ adhærẽt coꝝ te ſimilẽ exiſtimaturos : q tecũ uerſant̃ : tales rebus:quæ ꝑ te minime gerunt̃ præficias : tanq̃ ſis eoꝝ crimina habiturus:quæ illi cõmiſerint. Fidos arbitrare nõ eos qui quicq̃d feceris aut dixeris laudibus extollũt:Sed eos:q errata ĩcrepãt. Loquẽdi fiduciã ſapientibus ꝓbe:ut habeas q̇bus cũ de rebus ĩcertis cõſultes. Diſpice & eos:q tibi arte blãdiunt̃ :& qui cũ beneuolẽtia ĩſeruiũt:nec plura praui q̃ boni cõſequant̃. Audi quæ ſibi ĩuicẽ obijciãt:& quales ſint qui dicũt:& de quibus dicãt dignoſcere cõtẽde : eodẽ falſo deferẽtes:quo & delĩquẽtes afficias dãno. Haud minus tibi ipſi q̃ cæteris ĩperato. Et hoc maxime regiũ arbitrare:ſi uoluptatũ nulli ſeruiueris : ſed prauis cupiditatibus magis q̃ ciuibus dñatus fueris . Nullius rei ſtudiũ temere præterq̃ rationẽ ſuſcipias:ſed illis gaudere cõſneſce : quibus melior & eſſe & uideri poteris. Ambitionẽ ĩ his rebus minime præ teferas:quæ ĩprobis quoq; factu facilia ſũt:ſed uirtute glorieris:cuius praui minime participes ſunt. Honorũ ueriſſimos arbitrare:nõ qui ꝓpalã cũ timor̃ fiũt: ſed cũ unuſq́ſq; ſecũ tuũ potius cõſiliũ q̃ fortunã ſuſpiciat:atq; admiret̃. Si qua re inepta tibi gaudere cõtigerit lateas. Oſtẽdas autẽ te maximis uacare rebus:ne alios quidem ornate ac modeſte: Reges uero turpiter uitã agere dignũ iudices:ſed moderationẽ frugalitatẽq; tuã alijs exẽplar ↄſtituas:cũ ñ te fugiat: tales ſolere eſſe uniuerſę ciuitatis mores:quales fuerint prĩcipes. Hoc tibi euidẽtiſſimũ regni recte adminiſtrati argumẽtũ ſit:cũ ſubditos & ditiores modeſtiores tua diligentia factos cognoueris. Liberis tuis pulcherrimã gloriã potius. q̃ ĩgentes diuitias relinquere ſtudeas:hæc nãq; mortales caducæq; ſunt. Illa uero ĩmortalis æternaq; habet̃ :& pecunię q̈dẽ gloria cõparabiles:gloria uero nullis pecunijs emi põt.

Illæ ꝓpterea ab ĩprobis quoq; poſſident᷑: hãc niſi egregijs ſũmiſq; uiris dat᷑ poſſidere. Veſtibus quidẽ: elegantiq; corporis utere ornatu. In alijs uero ſtudijs: ut reges decet: conſtantia utere: ut & te cernẽtes: ex aſpectu principatu dignũ exiſtimẽt: & qui tecũ uerſant᷑: illoꝝ ſentẽtiæ accedãt. Tuas & orões & actiones cõſidera: ut ĩ q̃ minima ĩcidas delicta: optimã quidẽ tẽporis ſortiri oportunitatẽ: poſtea nero q̃ cognitu difficile ẽ: deficere q̃ præuenire ac ꝑoccupare potius uelis: moderationes. n. ĩ defectibus q̃ exceſſibus plus uiriũ habẽt. Enitere & urbanus & grauis eſſe: alterũ. n. tyrãnidi: alteꝝ hoĩum cõmercio ac cõſuetudini cõſueuit: qđ lõge horũ oĩum ẽ difficilimũ. Cõperies. n. plurimũ eſſe & triſtes & tetricos: qui grauitate præditi ſunt: eos uero perq̃ humiles & abiectos qui urbani eſſe uoluerunt. Oportet aũt utriſq; his uti generibus: uitia uero utriſq; inhærentia declinare. Quicquid adamuſſim ſcire uolueris: qđ regem deceat nõ ignorare: idipſum & experiẽtia & philoſophia obeas. Philoſophia. n. tibi uias oſtẽdit. In ipſis uero negocijs exercitatio ut rebꝰ uti poſſis efficiet. Quę & priuatis & tyrãnis acciderint cõſidera. Nã ſi præterita memineris lõgẽ melius de futuris cõſultabis. Graue ac turpe eſſe arbitrar᷑ priuatoꝝ quidem nõ nullos ſpõte mortẽ obire: ut defuncti laudem cõſequant᷑: Reges uero ipſis uti ſtudijs nõ auder᷑: quibus uiuẽtes laude digni uideant᷑. Virtutis potiuſq̃ corporis monumenta ſtatuas relinq̃re. Maxime quidẽ enitere & ipſi tibi & uniuerſę ciuitati ſecuritatẽ cuſtodir᷑. ſin periclitari coactus fueris: opta bene mori potius q̃ turpiter uiuere. In oĩbus actis tuis regiã memẽto dignitatẽ: & caue ne quid tali honore ĩdignũ cõmittas. Totũ tibi ĩgeniũ ſolutũ iri ne deſpicias. Sed cũ mortale corpus: animũ uero ĩmortalẽ ſortitus ſis: æternam animi memoriã ſtudeaa relinqu ere, De bonis

semp̄ studiis atq; īstitutis loquere:ut & illa bene dicēdi cō-
suetudine:recte facere assuescas. Quæ tibi cogitāti optima
uidebunt̃:ea re ipsa p̄ficias: quoꝶ gloriā æmularis:actiōes
imitar̃. Quæ liberis tuis cōsuleres:hisdē te ipm̄ stare dignū
iudices. Vtere prædictis:aut his meliora tute reperias. Sa-
piētes arbitrare:nō qui de minima quaq; re diligēter cōten
dunt:Sed qui bene de maximis dicūt:nec qui aliis quidem
fœlicitatē pollicitantur:ipsi uero in maxima reꝶ inopia uer
sant̃:sed qui modeste quidē: ac tēperāter de se ipis loquun
tur. In maximis uero rebus:nec non & inter hoīes cōmode
uersari possunt:minimeq; ulla fortunæ mutatione p̄turbā-
tur:se secundas aduersasq; ress bene ac tēperanter ferre nō
ignorant. Ne mirare multa tibi ex prædictis esse cognita:
neq; enim hoc me latuit. Cæterū nouerā q̄ cum tanta sit &
priuatoꝶ:& principū multitudo:hi quidē horū aliquid di-
xerunt:hi uero audiuerunt: nō nulli alios agentes cōspexe
runt:quædā uero ipsi adinuenerūt. Veꝶ enim uero iis quæ
ad studia attinent orationibus: nouitates minime quærere
oportet:ī quibus:nec p̄ter opinionē quicq̄ nec fide careat
nec supra cōsueta est inuenire: sed hūc esse q̄ gratissimum:
qui utiq; eoꝶ plurima colligere potuerit:quæ in alioꝶ cogi
tationibus: ac sentētiis diffusa sunt:optime de his disserere.
Quādoquidē & illud mihi exploratū erat:oēs & poemata
& historias:quæ uitæ cōsulūt humanæ esse q̄ utilima arbi-
trari: his tñ nō libenter audire:sed idē qđ aduersus admo-
nentes pati. Oēs enim eos quidē cōmendant:eoꝶ uero con
suetudinē minime pati uolūt: sed cū his qui errāt:q̄ qui ab
erroribus amouēt uersari malunt: quod ex Theogonidis:
Hesiodi:Phocillidæq; poematibus facile dat̃ intelligi. Hos
nanq; optimos quidē humanæ uitæ cōsultores fatent̃: hoc
uero dicētes suis ipsoꝶ demētiis potius q̄ illoꝶ documētis

optãt inherere. Præterea si quis excellentiũ poetarꝝ senten-
tias collegerit: quibus illi maxime studuerũt pari utiq; mõ
ad illa quoq; afficerent: multoq; libentius ineptissimas: ne-
quissimasq; comedias q̃ scripta tam artificiose audirẽt. Cæ-
terũ quid singula recensendo imoror: quod si penitus ho-
minũ igenia perscrutari uoluerimus: eorꝝ q̃ plurimos neq;
ciborꝝ saluberrimis: neq; studiorꝝ pulcherrimis: nec rerum
optimis: nec disciplinarꝝ utillimis gaudere. cõperiemus: sed
utilitati omnino cõtrarias q̃rere uoluptates: eosq; & cũstan
tes: & laboris patiẽtes uideri: q nihil eorꝝ quæ hoĩem decẽt
faciũt. Quonã igit̃ pacto quis huiusmodi hominibus uel
monẽdo: uel docẽdo: uel quæ maxime cõducãt dicẽdo pla-
cuerit: Quippe quæ in his quæ dicta sunt recte quidẽ sen-
tientibus iuidẽt: Simplices uero mẽte captos arbitrantur:
usq; adeo aũt ueras rerꝝ cognitiones fugiunt: ut sua quoq;
ignorẽt. sed cũ de suis quidẽ rebus cogitãt: dolore afficiciũ
tur: gaudent uero cum de alienis differunt. Corpore autem
mala pati: q̃ animo laborare malunt. Inuenias autem ĩ mul
ta quidẽ cõsuetudine uel obiurgãtes: uel obiurgatione affe
ctos in solis uero locis non consultantes: sed supplicantes
offendes. Hæc autem non in omnes: sed in eos qui his: quæ
memorauimus obnoxij sunt: diximus. Constat autem eos
qui in multorum gratiam uel facere: uel scribere quippiam
uoluerint oportere: ut non utillimas: uerum fabulosissimas
querant orationes: talia nãq; audientes gaudio. Agones
uero ac certamina intuentes dolore afficiuntur. Quocirca
& Homeri poesis: & qui tragediam primũ excogitarũt: ad-
miratione digni merito uideri possunt. Quandoquidẽ ho-
minũ igenia ꝑspiciẽtes utroq; hoc ad poesim gñre usi sunt.
Hic eteñi semideorꝝ certamina bellaq; fabulatus ẽ: hi uero

fabulas ad certamina & actiones deduxerũt: ut a nobis nõ solũ audiantur uerum ẽt spectẽtur. Huiusmodi igiť extantibus exemplis illis qui auditores student oblectare exploratũ reddituri: ab admonitionibus omnino: ac cõsultationibus esse temperandum: illud uero & scribendum & dicẽdum quod turbæ placere uidetur. Hæc autem percurri arbitratus te non unum de multis: sed multorum regem existentem haud oportere aliorum sentẽtiæ accedere: nec grauissimas res uirosq; sapientes uoluptatibus diudicare: sed ĩ utilimis eos actionibus probare: & presertim cũ eos quoq; qui circa philosophiam uersantur de animi gymnasijs ambigant: quorũ alij cõtentiosis orationibus: alij ciuilibus: nõnulli alijs quibusdam eos qui sibi adherent fore prudẽtiores pollicentur. Illud autem omnes fatentur optime institutum decere ex uno quoq; istorũ sibi posse cõsulere. Itaq; oportet ea quæ ĩ ancipiti sunt relinquentem: ad confessaq; accedentem eorũ explorationem capere: maximeq; eos qui oportune cõsulãt intueri: ignaros uero: & eorũ quæ decent inscios auersari. Constat. n. qui sibi non sit utilis: eum non posse alios prudentiores efficere. Eos uero qui ingenio ualent: quiq; plura q̃ alij ꝓuident magnifacias: non ignorans optimum consultorem omnium possessionũ maxime conduceř. Eos autem tibi maximũ facturos regnum arbitrare qui cogitationibus tuis plurimum ꝓdesse uoluerint. Ego quæ noui te admonui: hisq; quibus possum te exorno. Velis autem & alios quod statim in initio dixi haud consueta tibi offerre munera: quæ longe maiori precio ab his uos qui largiũtur q̃ qui uendũt comparatis. Sed ea quæ nimio usu non solum non atteruntur: sed maiora præstantioraq; efficies. Vale.

STEPHANI

Nigri chrię quinq; : pręfatio-
nes tres in Homerum : ĩ pin-
darũ : in. T. Liuiũ : ad ĩgenuos
pueros Antonium ac Guliel-
mũ Illustrissimi uiri Antonij
prati utriusq; Galliæ magni
Cancellarij filios missæ.

❡Stephanus Niger Antonio ac Gulielmo pratis Illuſtriſſimi uiri Antonij prati utriuſq; galliȩ magni Cancellarij filijs. S.P.D.

VEtus eſt eruditorũ conſuetudo:ut partus ſuos tunc demum in lucem edant:cum aliquem inuenerint:cuius patrocinio tuto uagari poſſint. quare cũ ego nuper quinq; filias pepiſſem eas ad uos ſtatim mittere cõſtitui: quas Chrias ab uſu nũcupatas mea cauſa ueſtra impenſa collocabitis: collocabitis inquam in memoriæ theſauro.adhibita modici laboris impenſa:nihil.n. ſcitu dignum abſq; labore cõparari poteſt.quod ſi ut ſpero facietis exiſtimo fore ut laboris impenſi nunq̃ uos peniteat:has ſequentur ancillæ tres præfationes appellatæ quarum prima eſt in Homerum ſecunda in pindarum tertia in Titum Liuium ex quibus nõ minorẽ q̃ ex ipſis matronis cõſequemini utilitatem modo eas perlegere uos nequaquam pigeat ſunt & epiſtolæ nõ nullæ cũ oratiuncula ĩ aduẽtu patriarche Aq̃leię ĩ foꝝ Iuliũ habita.

cōmemoratio alicuius dicti vel facti ... cum utili ? necessaria

HEsiodus inter poetas eminētissimus:cuius ī dicēdo χάριν. hoc ē suauitatē:nullus ē cādidissimi auditores quin uehementer admiretur: q̃ plurima quidem ad humane uitæ institutionē spectantia diuino quodā instinctu cecinisse uidetur. Nam & agrorum cultum sub fratris titulo humanū genus edocuit:& quo pacto optime:ac modestissime sit uiuendū oppido q̃ prudenter admonuit:sed & illud in primis non magis deorꝫ monitu q̃ longo etiā rerꝫ usu ab eo ꝓlatū cōtenderim: quo nobis significare haud quaq̃ dubitauit: deos.s.uirtutem proposuisse sudore parandā.ait enim.

τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν
ἀθάνατοι, μακρὸς δὲ καὶ ὄρθιος οἶμος ἐπ' αὐτὴν
καὶ τρηχὺς τὸ πρῶτον ἐπὴν δ' εἰς ἄκρον ἵκηται
ῥηιδίη δ' ἤπειτα πέλει χαλεπή περ ἐοῦσα

Quibus me hercule uerbis omnium prudētissimus poeta innuere uoluit socordiā:ac segnitiē a nobis penitus reijciēdam:nihilq; esse:a quo immortales di magis abhorreant:q̃ cum disidia pariter ac negligentia torpescimus. quid.n.ex ipsa desidia prȩter ignorantiam consequi possumus:quæ si forte inani sapientie opinione inflata robur ac uires sibi cōparauerit ingentium ac turpiscimorꝫ scelerꝫ causam suggerit.at uirtus: ex qua omnes honestæ uolūtates actiones sententiæq; proficiscuntur:laborem requirit: diligentiam desiderat:uigilantiam exigit.somnus.n.multus:ut philosophorum sapientissimus Plato refert:nec corporibus humanis: nec animis: nec rebus agendis natura conducit. nemo.n.q̃ diu dormit:a defunctis differt.hinc ē quod Plinius ait: ꝑfecto uita uigilia est.quod & illa græcorū sententia quæ iam uulgo in omnium ore uersatur:optime indicatū est: ὕπνος

De virtute persequenda

θανάτου τὸ μελέτημα πέλει. Vnde illud originẽ traxisse iure
uideri potest stulte quid est somnus misere nisi mortis ima
go:cum socrates apud comicum Aristophanẽ strepsiaden
senẽ ad philosophiam exhortaretur: quæ summã diligen-
tiam:curãq; desiderat:hoc præcipue senario usus est. ὁ ὕπνος
ἀπέστω γλυκύθυμος ὀμμάτων. hoc est occulis abesto leniens
animũ sopor quod si dormitando: ac desidendo uirtutem
consequi ualeremus:nunq̃ ipsa apud deos:ac mortales tãti
fieret. Appollo cui cæteri di diuinationẽ cõcessere:ꝓpterea
socratem:a cherephonte interrogatus. omnium sapientissi
mum respondit:quod eum uirtute p̃ditum nouerat. quam
græci ut Platoni placet:iccirco. ἀρετήν. appellarunt: quod
omnium sit maxime deligenda.nam generis nobilitas pul-
Nobilitas chrum quidem est:sed a maioribus per successionẽ acceptũ
bonũ.diuitiæ in maximo semper fuere p̃cio:sed fortunę te-
Diuitie meritati atq; inconstantiæ subiectæ gloria honestatis quidẽ
Gloria speciem p̃sefert:at infirmã atq; instabilẽ. pulchritudo plu-
pulchritudo rimi facienda: uerum haud quaq̃ diuturna. Bona ualetu-
ualitudo do optabile quid:sed mutatu facile.corporis robur maguũ
Robur est quid:sed morbis senio ue tandem cõficitur. Virtus uero
Virtus: clara:æternaq; habetur:ut pote quæ diuina.sit:atq; immor
talis omnisq; fortunæ incursus facile contemnat atq; despi
ciat stilpo megarensis philosophus a Demetrio:qui eius pa
triam solo equauerat:Interrogatus:nũquid amisisset: nihil
statim respondit. πόλεμος γὰρ οὐ λαφυραγωγεῖ ἀρετήν. quæ
utiq; uerba significant animi bona nullo bellorum impetu
dirripi unq̃ posse:solidãq; in ip̃a uirtute cõsistere fœlicitatẽ:
quod ita se habere philosophorũ parens socrates euidẽtissi
me indicauit. rogatus.n.aleontino Gorgia quid de magno
Rege sentiret:utrum eũ felicem existimaret: οὐκ οἶδα ἔφασκε

πῶς ἀρετῆς καὶ παιδείας ἔχει. quo utiq; responso prudẽtissimus philosophas innuere uoluit se de maximi atq; opulentissimi Regis fœlicitate eo adamusim iudicare haud quaq̃ ualuisse: quod ut erga uirtutẽ: ac disciplinas: affectus esset: penitus ignoraret. ut pote q fœlicitatẽ ipsam nõ in fortunę: sed animi potius bonis positam esse existimaret: unicãq; uirtutem cęteris esse rebus preponendã arbitratur. ἅπας γὰρ ὁ ὑπὲρ γῆς καὶ ὑπὸ γῆν χρυσὸς οὐκ ἀντάξιος ἀρετῆς κατὰ πλάτωνα. solon prętetera de diuitibus locutus dicere consueuerat. ἀλλ' ἡμεῖς αὐτοῖς οὐ διαμειψόμεθα τῆς ἀρετῆς τὸν πλοῦτον. cuius quidẽ uirtutis robore parta atq; amplificata imperia p q̃ facile retinentur. hinc est quod historicorum princeps Salustius ait. quod si regum: atq; imperatorꝝ animi uirtus ĩ pace ita ut in bello ualeret æquabilius atq; cõstantius se se rei humanæ haberẽt: neq; aliud alio ferri: nec mutari: ac misceri omnia cerneres. Itaq; minime mirum est si ad eam cõparandam assiduo ac maximo opus est labore. χαλεπὰ τὰ καλά. hoc est q̃ bona sunt nõ sine maxima aqri possunt difficultate: qđ si mercatores: modo lucelli spes aliqua arrideat ingentia procellisq; exagitata maximo cũ uitæ discrimine: transeunt: maria: si agricolæ fodiendis ac proscindendis aruis assidue incumbũt: ut in breuissimũ tẽpus fructus ni calamitatibus fuerint intercepti: tandem metant: cur nõ & nos omnẽ inertiam: disidiam: ac dilationẽ propellamus: quo uirtutis perpetuos nulliq; obnoxios clamitati: fructus consequamur. Herculem ferunt cum adolescentulus esset uirtutis ac uoluptatis oblatis uijs. utrã caperet diu secum multũq; dubitasse: duas: autem dum in dubio erat animus: ad ipm accessisse matronas: uirtutem scilicet & maliciam: illarũq; etiam: dũ silentiũ cõtinebant: notã fuoisse ex Tẽplo

Hercules

diuerſitatem: uideri.n.alterã accuratiſſime Comptam atq̧ exornatã delicijs diffluẽtẽ:& oĩum uoluptatũ examen poſt ſe trahẽtẽ:hãc itaq̧ multa oſtentãtẽ:lõgeq̧ ẽt plura pollicẽ tem:herculem ſecum ducere tentauiſſe: alterã uero aſperã ac durã ſeuereq̧ Intuentem huiuſmodi uerba cõtra feciſſe polliceri ſe nec uoluptatem aliquam nec quietem ſed labores:pericula : ſudoreſq̧ infinitos Terra mariq̧ tolerandos: præmium autem illorum immortalitate fore: quare omni ſublata dilatione huic herculem adheſiſſe memorãt:Alexãder ille magnus interrogatus quo cõſilio uſus tot hac tãta tam breui geſiſſet. μηδὲν ἀναβαλλόμενος. reſpõdit.quę uerba ſignificãt morã:ac dilationẽ ipamq̧ deſidiam rebus eſſe gerendis lõge pernicioſiſſimã quippe quæ maximarũ ſæpe rerũ ꝑtermittant occaſiones uetus eſt adagium dij faciẽtes adiuuãt: quod ſignificat diuinã opẽ nõ ceſſantibus:ſed idu ſtrijs & pro uirili conãtibus auxilio eſſe ſolere. Ariſtoteles nũq̃ tãtũ ſibi iter philoſophos nomẽ cõparaſſet ni ſapiẽtiæ ſtudio diutiſſime inſudaſſet. Cyrus medoꝝ imperiũ animi uirtute ac ſolertia ad pſas tranſtulit.Lycurgus:Solon:Dareus imortales habiti quare cũ cætera fere oĩa incerta ſint. ac caduca:uirtus uero ipſa altiſſimis defixa radicibus nulla unq̃ ui labefectari poſſit : oẽs ſubire labores omnia perpeti incõmoda æquo animo debemus ut eã pro uirili conſequamur. eſtq̧ poeta hic eminẽtiſſimus diligẽtiſſime lectitãdus atq̧ inprimis obſeruãdus:quod certũ nobis minimeq̧ ancipitẽ ad comparandã uirtutẽ tramitẽ indicauerit.

Chria.ij.

CVm Intermiſſis negotijs familiaribus ad lr̃arũ ſtudiũ me tãdẽ reuocaſſem: eſſetq̧ ĩ aĩo tam græcos:q̃ latinos poetas pcurrer̃ Homeꝝ ſtati:qd̃ Inter uates

oĩum eruditorꝝ testimõio prĩcipatũ facile obtineat: aggressus sum: ex tẽploqꝫ. ἰλιάδος. prĩo huic diuino occurrimus carmini. ὅς κε θεοῖς ἐπιπείθηται μάλα τ' ἔκλυον αὐτοῦ. quę uerba significãt deo optimo maximo ĩ primis esse obtẽperandũ. si ab eo ĩ aduersis rebus exaudiri cõcupiscimus. quæ q̃dẽ snĩa quãtopere sit ab oĩbus ꝓbãda nemini esse dubiũ cẽseo. q̃s .n. usqꝫ adeo mẽte alienatus ẽ: q̃n sibi persuadeat: deo oĩum moderatori oĩum esse primũ obtẽperãdũ: quo facilius eius dẽp̃sens rebus. angustis auxiliũ cõsequamur. cũ p̃sertim diuinis morẽ gerere mãdatis uolẽti q̃ facillimum sit: idqꝫ p̃ter oĩa faciẽdũ uideat̃. nã si potẽtioribus imbecilliores sedulo parere conant̃: assiduãqꝫ: ac diligẽtẽ ĩ eorꝝ mãdatis exequẽdis ꝓpterea operã exhibẽt: ut lõgis ac freq̃ntibus obsequijs boni tãdẽ aliq̃d adipiscant̃. quãta uti diligentia debemus: neq̃d p̃ter eius uolũtatẽ faciamus: cuius nutu tã cœlestia q̃ terrestria gubernant̃ cuiusqꝫ munera nõ modo ñ reijciẽda uerꝝ etiã: sũmope exoptãda sũt. q̃ppe quæ ut Troianus Alexãder apđ eũdẽ Homerũ testat̃ nullus unq̃ dijs ipsis nõ p̃bentibus spõte sua sũmere posset. nã quod uulgo dici solet deus undecũqꝫ adiuuat: si modo sit ꝓpitius. quid sibi aliud uult: q̃ ut omni pietate: oĩbus obseq̃is pura deniqꝫ ac sincera mente deũ nobis cõciliemus cuius natura nõ eiusmodi ẽ ut muneribus p̃inde atqꝫ improbus fœnerator capiat̃. sed sola uitę integritate pientissimisqꝫ placet̃ p̃cibus: nec ullo pacto iniquorũ ac flagitiosorũ muneribus corrũpatur. hinc ẽ q̃đ Porphirius ait. θεοῖσι δὲ ἀρίστη μὲν ἀπαρχὴ νοῦς καθαρὸς καὶ ψυχὴ ἀπαθής. q̃ uerba significãt nullas deo optĩo maximo grõres offerri posse primitias q̃ purã mẽtẽ et affectibus ac p̃turbatiõĩbus liberꝝ aĩm. nã q̃đ Oui. ait Mũera crede mihi placãt hoĩesqꝫ deosqꝫ flectit̃ iratus Iup. ipse datis. & Eurip.

Deo cõtempe-
randum

Deus vndecũque
adiuuat

Mens pura

Chria.ij.

In medea. πείθειν δῶρα καὶ θεοὺς λόγος.i.donis uel ipsos dicti tant flecti deos.ad bonorũ uirorum dona referendũ esse ui deri potest.qđ si quis fieri posse nõ nunq̃ crederet: ut deus scelestorum hominum donis moueretur:is ꝑfecto canibus pecudum custodibus deum ipsum assimilaret. quibus lupi rapinæ particulam cõcedant:ut his muneribus placati atq; allecti dirripi greges patiantur.sed lõge secus res habet so los namq; bonos respicit deus iisq; q̃ libentissime opitulať. nec fieri potest ut uiro bonitate prędito mali quicq̃ accidat. nec dum uitã degit:nec post mortẽ: nec eius res a deo.opt. max.uniq; negliguntur.Aesopus interrogatus quid dii faciunt:respõdit. τὰ μὲν οἰκοδομεῖν τὰ δὲ καταβάλλειν.quod significat deũ ipsum alios quidem extollere ac celebrař alios uero ꝑ meritis obscurare ac deprimeř. unde haud ĩmerito Aristoteles de magno Alexandro ad Antipatrum scribens ait decere ipsum non ꝓpterea magis sibi placere quod multis impetraret q̃ ꝙ de diis optime sentiret nam qui bonã habent de dis opinionem illisq; q̃ libentissime obsequuntur: pientissimi ab omnibus existimantur & numinũ uice colũtur.Aenean quod in deos pietissimus fuisset inter numina recẽsuit uetustas Nũma Pompilius cum omnium maxime ac religiosissime deos coleret ac uenerarętur tutissimã finitimorum pacem diuinumq; egregiæ nimphæ comertium meruit.at deorum cõtẽptor Mezẽtius ĩ ꝑlio impie cõmisso fœdissime trucidatus est Capaneus Hipponi filius cũ Thebana mænia dis etiam inuitis se conscensurũ iactanter gloriatus esset:fulmine ictus delapsus ẽ q̃re uni esse deo oĩum maxime parẽdũ cẽsemus;sũmisq; egregiũ hũc poẽtã laudibus afficiẽdũ arbitramur:q diuino afflatus spũ unico uer su nos quomodo.opt. max. sit placãdus iupiter admonuit.

Bonos deus respicit

Chria.iij.

Magna est ꝑfecto latinoꝝ poetaꝝ choors candidissimi auditores multiq; nominis. sed longe maior ac præstantior haberetur ni obliuionis situ rerumq; edaci tempore q̃ plurima ueterum poetarum monimenta intercepta fuissent. quorum iacturam ne ꝑpetuo lugeamus eorũq; desiderio maceremur diuinus poeta Vergilius causam præbet quippe qui multorũ ĩstar habeat cuius eximia opera licet innumeris sint referta sentẽtijs: quæ prouerbiorum uice in omnium ore fungantur: hæc tamen in primis memoratu digna uisa est, omnia uĩcit amor. quæ usq; adeo omnium conscensu iam probata est ut nullus sit tam lr̃arũ ignarus: quin eam & memoria teneat & q̃ sæpissime p̃dicet cum presertim non modo cuncti mortales: sed & bruta ipsa immania amoris uiolentiæ cædant eiusq; imperium etiam inuita patiantur. cuius mehercule rei nulla adduci admiratione debemus: magnus est. n. deus amor: nec minus apud deos q̃ apud homines mirãdus: cum multis alijs de causis: tum uel maxime ob eius uetustissimam origenem: nã inter antiquissimos deos recensetur. Hesiodus omnium inquit primum natus est chaos inde terra: tartara & Amor. Parmenides ante deos omnes natum esse amorẽ autumat. Acusileus Hesiodo astimulatur. Euripides tragicorum p̃stantissimus omnium deorum supremum esse Amorem his trimetris indicat. ἔρωτα οὖς τις μὴ θεὸν κρίνει μέγαν καὶ τῶν ἁπάντων δαιμόνων ὑπέρτατον ἢ σκαιός ἐστιν ἢ καλῶν ἄμοιρος ὢν οὐκ οἶδε τὸν μέγιστον ἀνθρώποις θεόν. Ouidius quoq; de amor̃ locutus addit regnat & in dominos ius habet ille deos. quid de Lacedemonijs ac cretẽsibus dicam? non ne & ipsi quãtã inesse Amori uim arbitrarentur euidentissime indicarunt: quorũ alteri priusq̃ cum hostibus manus consererent. Amori ante

oīa vincit Amor

S

ſtructas acies ſacra faciebant:perinde atq; inſtructarũ co-
hortium amicitia ipſa eſſet uictoria collocata.cretẽſes uero
formoſiſſimos in acie pueros exornãtes Amori per eos ſa-
cra faciebant:ut ſoſicrates ſcriptũ reliquit. Samij ut Erxias
autor eſt: Amori gymnaſiũ conſecrarunt: cuius feſtũ Eleu
theria ꝓpterea cognominabant quod per ipſum deũ Athe
nienſes libertatem conſecuti fuiſſent. apud Thebanos ut
Athenęus ait: ὁ ἱερὸς λόχος· appellatus ex amatoribus atq;
amatis conſtabat. τὴν τοῦ θεοῦ σεμνότητα ἐμφαίνων. Alexis cu
pidinem ipſum:nec fœminã: nec marẽ non deũ nõ hoĩem
ſed multas in unã formã compactas ſpecies eſſe indicans:
eoſq; qui amoris ſimulacrum effingerẽ conantẽ maxime ar-
guens de amore in phædro hæc ſcribit. ἐστὶ γάρ οὔτε θῆλυς,
οὔτ᾽ ἄρσην, πάλιν οὔτε θεός, οὔτ᾽ ἄνθρωπος, οὔτ᾽ ἀβέλτερος οὔτ᾽ αὖ
θις ἔμφρων. ἀλλὰ συνενηνεγμένος πανταχόθεν ἑνὶ τύπῳ, πολλὰ εἴδη
φέρων, ἡ τόλμα μὲν γὰρ ἀνδρὸς ἡ δειλία γυναικός, ἡ δ᾽ ἄνοια
μανίας, ὁ δὲ λόγος φρονοῦντος, ἡ σφοδρότης δὲ θηρός, ὁ δὲ πόνος
ἀδάμαντος, ἡ φιλοτιμία δὲ δαίμονος. Plato philoſophorum
p̃ſtantiſſimus maximã amoris uim ac ſapientiã cupiens in-
dicare in conuiuio hæc dicit Amor poeta eſt adeo ſapiẽs ut
alios quoq; poetas efficere poſſit qlibet.n. licet antea rudis
in poetã euadit egregiũ cũ primũ Amor afflauerit:ex quo
pſpicue cõiectare licet amorẽ peritũ eſſe poetã: oẽſq; muſi-
cos poeſis numeros cõtinere.idẽ de eodẽ ſagitãdi medendi
diuinandi peritiã duce amore inuenit Apollo q Amoris eſt
diſcipulus.muſicen ſimiliter muſæ:fabricam ęrrariã uulca
nus:texendi artificiũ Minerua:Iupiter deoꝝ hominũq; gu
bernationẽ. Quare cũ deoꝝ uetuſtiſſimus ac maximus ſit
amor:nõ imerito æq; in cęteros deos atq; in oĩs hoĩes ſuum
ſemp exercuit imperiũ. nã Iouem ipſum modo in cycnũ:

modo in Taurum:transformauit quãdoq; in auꝝ cõflauit: Neptunũ equi:Mercuriũ hirci formã ĩduere coegit: Apollinẽ ut Admeti pasceret armẽta compulit: uenerẽ ut ad ide mõtis radices Anchisen quęreret q̃ sæpissime adegit. Quãtopeꝛ autẽ miseros sit ludificatus mortales:ueteꝝ scriptoꝝ monimẽta euidẽtissime indicant. Vnde colligere licet:nũq̃ fere humanũ genus in extremas tã publice q̃ priuatim ĩcidisse calamitates: Quin amor ipse causam ac materiã suggesserit.nã ut a publicis ac ꝑniciosis bellis exordiamur Ilia cũ incẽdiũ mutuus atq; ĩcestus Alexãdri & Helenes amor excitauit:gręcoꝝ exercitũ illa exiciosa pestis ꝓpter chriseida grauiter inuasit. Achilles ad irã q̃ plurimis gręcoꝝ ꝑniciosissimũ Briseidis desiderio cõmotus est: belli inter Thebanos ac phocẽses per deceniũ cõflati quod ἱερὸν. hoc est sacrũ appellatũ est: Theano Thebana mulier a Phocense quodam amoris stimulis rapta causam ꝓbuit. Chrisaicum: quoq; Bellũ nuncupatũ quod inter Cirrheos & Phocenses ut Callistenes scriptũ reliq̃t:deceniũ tenuit:ꝓpter Megisto Pelagũtis phocẽsis Filiã a Cirrheis raptã in primis contractũ perhibetur Cambyses persaꝝ rex mulieris impulsu ut Ctesias tradit:In Aegyptum expeditionem fecit:nam cum Aegyptias mulieres in nocturnis cõgressibus a cæteris mirũ ĩmodũ differre intellexisset Amasidis Aegyptioꝝ regis gnatã uxorẽ petijt:at Amasis ueritus ne filia ꝓ pellice uteretur: eius loco Hitetim Apriæ filiam misit.qui a cyrrhenensibus superatus Aegyptiorum Regno exciderat:& ab Amaside fuerat occisus quare cognita Cãbyses puellæ ẽt exhortatione quę prĩs ultionẽ expetebat: Aegyptijs Bellũ intulit.qd fuit ĩ causa ut Philippi Macedoniæ regis domus euerteret̃:nempe Cleopatrę ĩportunę nuptiæ:ut Herculis

familia dissiparetur: Iole Euryti filia causam ꝑbuit. Thesei domus propter phædram ad nihilum redacta est. Athamã tis propter Themisto Hypseo genitam. Iasonis ob Glaucẽ Creontis filiam Agamemnon post consecutã apud Ilion ui ctoriam: cũ in patriam sospes reuersus esset: a Clitemnestra uxore quod Cassandram misere deperiret: Interfectus est. non ne nostris quoq; temporibus maxima hominum pars quottidie amoris suasu digladiatur: ac passim trucidatur: quare cum multis iam periculis compertum sit: Amorem ipm tam apud deos q̃ inter homines plurimum ualere: illi omnino q̃ cõmodissime fieri potest cedendum est. Virgilio poetarum principi per q̃ assidue studẽdũ quod huiusmodi undecũq; scateat sententijs.

Chria.iiij.

QVanto sæpius ac frequẽtius mantuani Homeri uo lumina repeto: tanto illum magis & suspicio & ad miror. Vnus.n. Virgilius charectarum diuersitate ea complexus est: quæ uiri tres græcorũ ꝑstantissimi uix cõ sequi potuere. nã Bucolico carmine Theocritũ adequauit Georgico Hesiodũ antecessit Heroico diuinum illũ Ho merum adamussim expressit. quę quidem oĩa cunctis fuisse græcis ꝑstantiorem Virgiliũ eo indicant q; græcoꝝ nullus triplicem hanc dicendi materiam aggredi ausus adhuc fue rit: sed unus q̃sq; intra suum scribendi genus se se cõtinue rit. est pręterea in Vergilio ea dicendi facilitas: & in rebus enarrandis candor: ut nemo sit tam rudis & a re litteraria alienus quin Vergiliana lectiõe mirũ immodũ oblectetur. cũ præsertim aureis ac diuinis inter legendũ q̃ sæpissime oc currantur sententijs: quæ legentium animis usq; adeo blan diuntur: ut uix dum perlectæ memoriæ inhereant: nec unq̃

amplius excidant.qualis est non omnia possumus omnes. quæ uerba significant mortaliũ neminem tãto esse ingenio præditum ut solus omnia sapiat:atq; intelligat.nihilq; cum penitus lateat.Cuncta.n.scire diuinum esse potius q̃ huma nũ nouerat poeta.nã quãdoq; bonus dormitat Homerus. hic celebratũ est apud græcos pruerbiũ. εἷς ἀνὴρ οὐδεὶς ἀνήρ. hoc est unus uir:nullus uir:quasi uelit innuere nihil egregiũ ab uno homine p̃stari posse si aliorũ auxilio fuerit destitutus.quod aũt legitur apud Euripidẽ. εἷς ἀνὴρ οὐ πάνθ᾽ ὁρᾷ. idest unus uir: haud uidet omnia id sane significat neminẽ unum ne maximo quidẽ rerum usu atq; experientia tãtam umq̃ consequi posse peritiam:ac solertiam: ut omnia perse dispiciat: nec ulla ĩ re hallucinetur atq; decipiatur socrates qui Apollinis oraculo suæ ætatis sapientissimus iudicatus est:se nihil omnino p̃ter exiguam quãdam amandi discipli nam scire ingenue fatebatur.Hercules ioue genitus quem Marathonij:ut pausanias ait: omnium primi ĩ deo℞ nume rum propterea recensuer̃ quod nõ minus animi q̃ corporis uirtutibus excelleret: eodem tempore & aduersus Hydrã sophisticam mulierẽ certare non ualuit cui ut Plato refert propter sapiẽtiam pro uno sermonis capite amputato mul ta repullulabant:& aduersus cancrum sophistam quẽdam ex mari aduentantem:a quo cum ad sinistrã urgeretur:uerbis q; acriter morderetur nepotis sui Iolai auxilium implo rauit.cuius ope uehementer adiutus uictoriam uix tãdem consecutus ẽ. quare cum ij quoq; quibus ne cœlũ quidem negatum est per se omnia non potuerint poetarũ p̃stantissi mo procul dubio credũ est:uergilianæq; lectioni est omniũ maxime inseruiendum unde huiusmodi sententias haurire q̃ sæpissime liceat.

Nihil est ꝑfecto quod hominum quispiam tam prõ penso ac libenti agat animo: quin quandoq; fastidium pariat: si modo nulla adhibita intermissione diutissime in eodem uersatus fuerit hinc factum est ut Aristophanes illudiam diu apud uulgũ prouerbij uicem obtineat. ἁπάντων. πλησμονή. hoc est omnium rerũ facietas. quod ita esse cum sæpe alias: tum uel maxime nudius tertius supra modo expertus sum. nam cum in prædio nostro quod haud multum ab urbe distat: una cum amicis Dianæ studijs quæ a teneris umguiculis mihi semper plurimum placuere: toto animo incumberem: cæterarumq; rerum oblitus uni uenationi operam impenderem tanta me uenationum extemplo cœpit facietas: ac fastidium: ut relaxandi animi causa ad Mineruæ studia me stati cõtulerim. Vergiliũq; quẽ forte mecũ attulerã aggressus sim. In quo q̃dẽ lectitãdo multæ mihi memoratu dignæ passim occurerunt sentẽtiæ inter quas hæc maxime & q̃ sæpissime memorãda uisa est usq; adeo ne mori miserũ est: qua poetaꝝ prudẽtissimus nos admonuit mortem etiam ipam minime forti uiro recusandam quippe quę modo honesta sit: uitã quoq; turpem quandoq; soleat exornare: cum contra uita turpis ne morti quidem honestæ locum relinquat. quis nisi penitus mente captus honestæ morti turpem deferat uitam cũ ꝓsertim in tot ac tantis humanæ uitæ procellis ac tempestatibus tutissimus nobis portus appellanda sit. hinc est q̃ Aiax ille Telamonius apud Sophoclẽ ait. οὐκ ἂν πριαίμην οὐδενὸς λόγου βροτὸν ὅστις κεναῖσιν ἐλπίσιν θερμαίνεται ἀλλ' ἢ καλῶς ζῆν ἢ καλῶς τεθνηκέναι τὸν εὐγενῆ χρή. quid.n. ĩ morte ẽ quod sit iure formidandum: quã si Euripidem diuinum poetam

sequi uoluerimus:animi pariter ac corporis interitũ existimabimus cuius uerba hæc sũt. ἀκήκοον ὡς σοὶ πέμψιν ἐμλώφοσιν τὸ μὴ γενέσθαι τῷ θανεῖν ἴσον λέγω. quod si fas esset credere non magis esset post mortem metuendum q̃ prius q̃ nasceremur: unq̃ timuimus sin autem in morte ipsa non interitus sed animi a corpore migratio est cur non potius meliora bonis pręsertim uiris speranda q̃ deteriora uerẽda sunt neq; enim fieri potest ut uiro bono mali quicq̃ accidat nec uiuo:nec mortuo: nec eius res a diis immortalibus negliguntur. Plato in socratis Apologia mortem inquit timere nil aliud est: q̃ sapientem uideri eum qui non sit sapiens quippe cum id sit scire uideri quæ nesciat nemo enim scit utrum mors bonorum omnium summum homini contingat metuunt autem perinde ac si eam malorum esse maximum non ignorarent cui uero dubium esse debet quin hęc ipsa inscitia sit maxime uituperanda per quam aliquis se putat scire quæ nesciat stultum est Igitur id temere formidare quod & quale sit omnino nescias: & nullis precibus ac muneribus nullis ne maximis quidem uiribus declinari unq̃ potest omnibus enim ex æquo moriendum est quod Horatianum illud facile indicat pallida mors æquo pulsat pede pauperum tabernas regumq; turres o beate Sesti & Homerus hoc carmine non inficiatur. οὐδὲ γὰρ οὐδὲ βίη Ἡρακλῆος φύγε κῆρα. idest nec uis herculea fatum euitauit acerbum q᷑ autem horida mors muneribus nõ capiatur Senarius etiam hic indicio est. μόνος γὰρ θεῶν θάνατος οὐ δώρων ἐρᾷ. itaq; forti ac libenti est animo obeonda & ut gradum acceleret:nec ultimã atq; ibecillã expectet senectutẽ sũmis est precibus optandum. ὃν γὰρ φιλεῖ θεὸς ἀποθνήσκει νέος.

idest quem enim deus diligit in iuuenili moritur ætate: quę utiq; uerba significãt: optime ac pulcherrime cum illo actũ esse qui huiusce misere atq; infelicis uitæ calamitatibus q̃ celerrime ereptus fuerit. & ad sempiternam illã fœlicitatẽ qua animi post mortem fruuntur: q̃ primum migrauerit quod cycni: ut pote qui ab Apolline cui dicati sunt diuinationem accepere: plane prouidentes tunc dulcissimos ac suauissimos educunt cantus: cum se cito sentiunt morituros. Codrus ille Atheniẽsium rex & Macaria Herculis ac Deianiræ filia non propterea tantum uoluntariæ se morti diuersis bellis obtulere: ut ciuibus suis aduersus lacedæmonios pugnantibus uictoriam relinquerent famamq; apud posteros assequerentur. sed q; in morte nõ modo nihil mali uerum etiam summam esse mortalibus fœlicitatem arbitrarentur. quod apud Romanos &. M. Curtius iuuenis bello egregius: qui se armatum in altissimam illam uoraginem immisit: & tres illi Decij qui se pro legionibus romanis deuouerunt: mihi proculdubio sensisse uidentur. neq;. n. tam alacri animo se perinde ac uictimas reip. prębuissent si quid mali post mortem sibi futurũ sperassent quare & mortem ipsam minime miseram esse credẽdum est: & Vergilius nõ modo assidue in manibus habendus: sed & memoriæ thesauro commendandus quippe qui sui studiosos tam belle instituat. Vale.

¶ Prfæatio In Homerum In publico Gymnaſio per Stephanum Nigrū Mediolani habita.

FAteor equidem Ingenue Candidiſſimi audito res: me ſtatim animum haud quaꝗ̄ aduertiſſe: quanto opus eſſet cum ingenio: tum doctrina atqꝫ eruditiōe ad Homerū poetarū facile principē interꝑtandū: Cū ea mihi a uobis ꝓuintia iniungeretur neqꝫ.n.onus: quod lōge noſtras ſuperat uires: tam facili unꝗ̄ ac libente animo ſubiiſſem. Sed rerū optime digeſtarum ſeries: orationis perꝗ̄ lubricus curſus: carminis ſuauiſſimi cōcētus oblectationē potius ꝗ̄ ullū mihi laborē fronte ipſa pollicitabant̄: poſtea uero ꝗ̄ iterius opus ipſum diligenter inſpicere omneſqꝫ homericos receſſus: ac uirtutes ſedulo rimari nobiſcum cepimus: id proculdubio mihi eueniſſe uiſum eſt: qđ nautis ſubita atqꝫ īpromiſſa: tempeſtate deꝑhēſis accidere ꝗ̄ ſæpiſſime ſoler̄ nō ignoramus. nā ut illis: nec tuto retrocedere: nec ulterius abſqꝫ labore ſummo: maximoqꝫ uitæ diſcrimine progredi licet: ita nobis: nec Homericæ interꝑtationis munus Iam ſuſceptū honeſte re cuſare: nec citra īmēſam animi ſollicitudinē: famæqꝫ ꝑiculū recte adminiſtrare datū eſſe ſuſpicabamur. quæ.n.ab Homero mētis uiribus excitato: & quaſi diuino quodā ſpiritu Inflato litterarū monumentis mandata ſunt: ea mihi ut ex amuſſim enodarentur: ingenium pluſꝗ̄ humanū exigere ui debātur. nam accidere ſolet (Inquit Plato) ut uates diuino furore afflati ac ꝑciti rem adeo mirabiles: adeo ſupra humanas uires conſtitutas grandiori quodā ſpiritu proferant: ut cū furor ille reſederit: ac remiſerit: ſeipſos admirētur ac ſtupeſcant: & quæ per illud temporis īteruallum dictauerint:

uix ipſimet intelligãt.quare ſuo iure noſter ille Ennius ſan
ctos appellat poetas.quo qdẽ cognomẽto poeta hic eminẽ-
tiſſimus imprimis ſuo merito honeſtãdus ẽ. nihil.n.in hoc
non ſupra hominis cõditionẽ legit᷑.nihil mortale ſonat:oĩa
diuinitatẽ quãdã pſeferre uident᷑.qs accurate Homeri uo-
lumina plegit:qn humana diuinaq; oĩa ei cõperta:explora-
ta:ac meditata fuiſſe fateat᷑.qd nõ legẽtiũ oculis ita pponit
ut eius opus ñ poeſis:ſed uocalis pictura merito dici poſſit᷑
nam ut Ciceronis uerbis utar: quæ regio:quæ ora:q locus
græciæ:quæ ſpecies formæ:quæ pugna:quæ acies:qd remi
giũ:qui motus hoĩum:q feraꝝ nõ ita expictus ẽ:ut quæ ipſe
nõ uiderit:nos ut uideremus effecerit.qd de bonis ac libera
libus artibus dicã:nõ ne oẽs ex homeri uoluminibus: uelu
ti ex uberrimo fonte deriuatæ uideri poſſũt᷑quo circa a Pli
nio in hiſtoria naturali modo ingenioꝝ fons:modo primus
doctrinaꝝ & ãtiquitatis parẽs nõ iniuria nũcupat᷑:quę ſin-
gula q̃ libẽtiſſime recẽſuiſſemus: ni ea uos apd doctiſſimũ
uirũ Politianũ e Plutarcho ĩ latinũ pene ad uerbũ trãſlata
legere maluiſſemus. nã ſiue plutarchi opuſculum ĩ fronte
homerici uoluminis nup impſſum:ſiue Politiani interpta
mẽtũ pcurreritis:Inueniẽtis pfecto exemplis homerici car
minis ibi plane indicari nihil fuiſſe a poſterioribus artificio
ſę eloquentiæ magiſtris de motibus ac figuris o rationis p-
ceptũ: qd nõ ille multo ante in ſuis operibus cõſumauerit:
nullã fuiſſe philoſophoꝝ ſectã:quę nõ inde ueluti ex oĩum
doctrinaꝝ atq; inſtitutionũ officina deducat᷑: nihil deniq; ĩ
ipſa reꝝ natura exiſtere:qd egregiũ hunc poetã latuerit:qd
cũ Alexander ille magnus nõ ignoraret: inter ſpolia Darij
perſarum regis unguentoꝝ ſcrinio capto:qd erat auro ge-
muiſq; ac margaritis pcioſum:uarios eius uſus amicis demõ

ſtrantibus:Immo hercule inquit librorũ Homeri cuſtodiæ detur.ut p̄cioſiſſimũ humani animi opus q̄ maxime diuiti ope ſeruaret̃.quare nõ mirũ eſt:nõ nullos extitiſſe:qui(ut inquit Philoſtratus)exiſtimarint: Apollinẽ hec omnia feciſſe:quę homeri dicunt̃:at Homero aſcripſiſſe.Sed quorſum hę tãtæ tãq; eximiæ poetæ laudes ſpectant: nempe ut noſtram coarguant inſaniã: qui rem tam arduam aggredi minime ueritus ſim.ſed eſto dicar ſane temerarius:dum ueſtræ omnium uolũtati obſequi uoluiſſe uidear. & quod de Phaetonte audaciſſimo adoleſcente dictũ eſt: de me quoq; dici poſſit.quẽ ſi nõ potuit magnis tñ excidit auſis.tempus eſt:ut quæ ad poetæ pertinẽt expoſitionẽ deo optimo maximo fauente auſpicemur.In enodãdis authoribus:ut recte a grãmaticis p̄cipit̃ ſex ĩprimis cõſiderãda uidẽt̃.poetę uita: titulus opis qualitas carminis:ſcribẽtis ĩtẽtio numerus librorũ:& oĩum poſtremũ explanatio.Quare ut a poetę uita exordiũ ſumamus natus eſt Homerus critheide matre(ut Herodotus teſtat̃)patre uero in certo. Ariſtoteles in tractatu de poetica Dæmonẽ homeri genitorẽ fuiſſe prodidit. ſunt qui Mæonis & ὀρυθῶς. fuiſſe filiũ uelint. Alij tã de parentibus q̄ de patria inter ſe penitus diuerſa ſenſerunt. nam (ut in Oratiõe ꝓ Archia poeta Cicero memorat) Homerum Colophonij Ciuem eſſe ſuum dicũt:Chij ſuum uẽdicant:ſalaminij repetunt:ſmyrnij uero ſuum eſſe cõfirmãt. itaq; etiã delubrum eius in oppido dedicarunt.ꝑmulti præterea alij pugnant inter ſe:atq; contendunt.omnes enim litterarum peincipem tãq; in medio poſitũ ſibi certatim aſſerere conabantur.itaq; Antipater diuini celeſtiſq; ĩgenij admiratione ductus cœlum quidem Homeri eſſe patriã:Calliopem uero matrem hoc ſcribit epigrammate.

οἱ μὲν σευ κολοφῶνα τιθηνήτειραν ὅμηρε
    οἱ δὲ καλὰν σμύρναν, οἱ δ' ἐνέπουσι χίον.
οἱ δ' ἴον, οἱ δ' ἐβόασαν εὔκλαρον σαλαμῖνα.
    οἱ δέ νυ τῶν λαπιθέων ματέρα θεσσαλίην.
ἄλλοι δ' ἀλλὴν γαῖαν ἀνίαχον, εἰ δέ με φοῖβος
    χρὴ λέξαι πινυτὰν ἄντικα μαντοσύναν
πάτρα σοι τελέθει μέγας οὐρανὸς, ἐκ δὲ τεκούσης
    οὐ θνατᾶς, μητρὸς δ' ἔπλεο καλλιόπας.

Pausanias.l.x.oraculum hoc Homero patriã quærenti datum repetit. ὄλβιε καὶ δύσδαιμον, ἔφυς γὰρ ἐπ' ἀμφοτέροισι, πατρίδα δίζηαι, μητρὸς δέ τοι οὐ πατρός ἐστιν, ἴος νῆσος μητρὸς πατρὶς, ἥ σε θανόντα δέξεται, ἀλλὰ νέων παίδων αἴνιγμα φύλαξαι. ostẽditur itaq; in ipa insula Homeri sepulchrũ: nec non & Clymenes: quã eius matrem fuisse affirmant. Cyprij quoq;(ut idem Pausanias ait) sibi homerum uendicant:Cuius Themisto indigenam mulierem matrẽ dicunt. natus est autem(ut fama tenet)Iuxta Meletem smyrnioꝝ fluuiũ.unde Melesigenes nominatus: postea Homerus ab oculoꝝ cecitate nũcupatus ẽ. Cymæi.n.luminibus captos (ut Plutarchus refert)homeros appellãt. tanta aũt discendi cupiditate flagrauit: ut uniuersam græciã peragrauerit: ibiq; & heroum noĩa:& eoꝝ gesta pceperit: traiecerit q; & ĩ ægyptum:ut siculus scribit Diodorus. In ithacã profectus ab ulyssis manibus græcoꝝ: ac troianoꝝ res gestas ea lege (ut inquit philostratus)audiuit: ut ulyssem quidẽ quo ad eius fieri posset: celebraret: Palamedis uero nullã omnino faceret mẽtionẽ.qua Itẽ tẽpestate floruerit:inter scriptores mira dissensio ẽ. nã sunt(ut testatur Philostratus) q Homerũ quarto.&.xx. post bellũ Troianũ anno fuisse uelint: alij centesimo & uigesimo septimo.non nulli centesimo &

ſexageſimo.quo tempore & Heſiodus fuiſſe traditur. non
deſunt q ſtatim capta troia opus aggreſſum fuiſſe cenſeāt.
ſcripſit (ut eius luſus de induſtria omittamus) poemata
duo:iliada.ſ.& Odyſſeam.quorꝫ altero bellū troianū:alte-
ro ulyxis uarios errores reditūq; eiuſdem ī patriā cōplexus
eſt. Homeri iliada rei militaris uiaticū Magnus Alexāder
appellans una cū pugione ſemꝑ ſub puluino (ut Oneſi cra
tes tradidit) tenere ſolitus erat. Hec autē cū uariis in locis
ceciniſſet: ac diſperſa reliqſſet: a Piſiſtrato demū in unum
quaſi corpus digeſta ſunt. Pauſanias tamē ait apud Meletē
ſmyrniorꝫ fluuiū amœniſſimā uiſitari ſpelūcā:ubi Home-
rus carmina dicitur compoſuiſſe. Lycurgus lacedęmonius
(ut Plutarchus refert) In aſiā profectus Homeri poema-
ta apud Creophili filios reperit: eaq; cōſcripſit:ut in ꝑiam
portaturus.erat.n.carminū ꝑtenuis fama apđ græcos.obiit
poſtremū diē in io inſula nimio animi angore ac ſollicitu-
dine:ꝙ piſcatorꝫ ænigmaticū quoddā reſponſum griphūq;
diſoluere atq; interpretari nō ualuiſſet,nā cum eos interro-
gaſſet: ecquid cepiſſent: quæcūq; cepimus non habemus:
quæ uero nō cepimus ea habemus reſponderunt. pedūcu-
los quibus ueſtes purgauerāt: non piſces innuentes.quare
in ipſo littore huiuſce epigrāmatis inſcriptione ſepultus ē.
ἐνθάδε τὴν ἱερὰν κεφαλὴν κατὰ γαῖα καλύπτει, ἀνδρῶν ἡρώων
κοσμήτορα θεῖον ὅμηρον. at Plutarchus ī ſertorii uita de ortu
atq; obitu Homeri hoc refert. Chios & ſmyrna opulentiſſi
marum ciuitatū noīa habēt. quarū in altera natus eſt Ho-
merus:in altera deceſſit. Titulus opis eſt ilias deriuatum pa
tronymica forma ab ilio nomen ut αἰνειὰς μενοιτιὰς. Car-
men eſt heroicum:quod diuinis humaniſq; ꝑſonis conſtat.
Cuius inuentorē fuiſſe Orpheū Antipater tradit.at Pauſa-

nias scribit: Phemonoen aiunt Apollinis fuisse promantin: primãq; heroicũ carmẽ cecinisse. sunt qui Apollinis oraculo id tribuãt. dictũ est autẽ heroicũ: (ut Ephestion testat̃) q̃ homerus heroum gesta percurrens hoc carminis genere usus sit. Oratius Res gestæ regumq; ducũq; & tristia bella Quo scribi possent numero mõstrauit Homerus. Dactylicũ quoq; nũcupat̃: q̃ dactylus huic sit metro maxime peculiaris. hos aũt admittit pedes dactylũ: spõdeũ: Trochæũ: est & quãdo Amphimacrũ & palimbacchium. purã tamen habentes desinẽtiã ut in hoc. εὖ ἴσθι μοι αἴτιος ἐστί. nã in secũda sede ẽ Amphimacrus utrinq; longã habẽs ĩ medio breuẽ. & in hoc. πλάγχθη ἐπεὶ Τροίης. est. n. ĩ prima sede palimbacchius: qui duabus lõgis & breui cõstat. sic autẽ positi ꝓdactylis reputantur. eo q̃ ultima syllaba in partẽ desinẽs orationis cõmunis sit: cũ p̃sertim sequens dictio a uocali incipiat huiusce aũt heroici uersus species sunt. xiij. quarũ sex primæ q̃ κατ' ἔλλειψιν ἢ κατὰ πλεονασμὸν. fiant. πάθη τῶν στίχων. nominantur. Sunt autẽ hæ Procephalos: Acephalos: Procœlios: lagaros: Dolichouros: q & macrosceles dicitur: Miuros: Isochronos: Apertismenos: Trachys: Malacoides Cacophonos: Logoides & Sphicias. Procephalus tunc dicit̃ cũ in carminis principio uacat syllaba uel tp̃s ut ἢ ἐπ' μενιαι λαμῶκοι ὀδυσσῆος θείοιο. Acephalos est: cũ a breui ĩcipit uersus. ut ἐπειδὴ νῆάς τε καὶ ἑλλήσποντον ἵκοντο καὶ ὃς ἤδη τάτ' ἐόντα τάτ' ἐσσόμενα πρό τ' ἐόντα. Procoelius est cũ in medio uel syllaba superest uel tp̃s ut μῆνιν ἄειδε θεὰ πηληϊάδεω ἀχιλῆος. Lagaros cõtra cũ deest. ut νῆσος ἔρ' ἀζῆ ἰλαθεν ἰαχὴ πάντες ἐπὶ ἐμπνῆς. Dolichouros est: quẽ hypmetron seruius appellat: cũ supra modũ ꝓductã hẽt Caudam. ut κάς τ' ἐς θίω εὐδαμον ἐς νύξ ἄγυλον πολυδένδρεα. idẽ & Macrosceles

dicit̃.ut κύκλωψ, τῆ πίε οἶνον ἐπεὶ φάγες ἀνδρόμεα κρέα. Miuros cõtra cũ ultimus carminis pes tẽpore deficit ut Τρῶες δ' ἐρρίγησαν ἐπεὶ ἴδον αἰόλον ὄφιν. nã a breui incipiens efficit ut carminis finis minuat̃. Isochronos ẽ: qui eãdẽ syllabarũ quãtitatẽ: eosdẽq; pedes a prĩo ad nouissimã hẽt: ut τὼ δ' ἐς μέσσον ἰόντε ξυμβλήτην ἀλλήλοιιν. oẽs.n.pedes Syllabarũ magnitudine sunt ĩter se pares. Apertismenos aũt ẽ: q̃ integrã in se sñiam cõplectit̃.ut ὣς εἰπὼν πυλέων ἐξέσσυτο φαίδιμος. ἕκτωρ. Trachys ab aspera cõsonãtiũ compositione nomen accepit.ut τριχθά τε καὶ τετραχθὰ διατρυφὲν ἔκπεσε χειρός. Malacoides: q̃ audiẽtium auribus molliter incidit ut αἵματί οἱ δεύοντο κόμαι χαρίτεσσιν ὁμοῖαι. Cacophonos est: Cui multę insunt uocales.ut φῆ καὶ ἀθηρηλοιγὸν ἔχειν ἀνὰ φαιδίμῳ ὤμῳ. Logoides ꝓpterea dictus est ꝙ pedestri orõne currere uideat̃. ut ἵππους τε ξανθὰς ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα. Sphecias nomẽ accepit a gracilitate. est aũt idẽ qui & lagaros cũ uel syllabę uel temporis defectu carmẽ ip̃m in medio attenuatur. sunt p̃terea Heroici carminis differentiæ septem. Catenoplion: Periodicon: Sapphicon: Bucolicon Hypporrhythmon: Telion & Politicon. Catenoplion itaq; nũcupatur cũ duos habet dactylos sequente spondeo: rursus duos dactylos & spondeum ut ὣς φάτο δακρυχέων τοῦ δ' ἔκλυε πότνια μήτηρ. Periodicon uero tunc dicitur: cum per omnes sedes spondeus dactylũ sequatur. ut οὐλομένην ἣ μυρί' ἀχαιοῖς ἄλγε' ἔθηκε. Sapphicon a spondeo incipiens desinit in spondeum: ut ἄλλοι μέν ῥα θεοί τε καὶ ἀνέρες ἱπποκορυσταί. Bucolicon uero post tertium pedem partem explet orationis ut ἐξ ἐπιδιφριάδος πυμάτης ἱμᾶσι δέδεντο. at Hypporrhythmon singulis pedibus singulas explet oratiõis partes. ut ἱρεῖος εἴρηκα τῆς δὲ σὺ δ' ἴσχεο πείθεο δ' ἡμῖν. Telion idenomẽ accepit: q̃

Integre ac perfecte omnes orationis partes cōplectatur. ut πῶς δέ με τὸν δύστηνον ἔτι φρονέειν πελέαιρε. Politicō aūt idē est: quod logoides. Cū carmen ipsum. ἄνευ πάθους ἢ ἱδρῶτος. perficit ut ἵππους τε ξανθὰς ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα. super est ut de cæsuris ipsius carminis dicamus: quæ quattuor īprimis esse produntur Penthemineris: Ephthemimeris tertia Trochaica. iiij. Bucolica. Est igit̃ Pēthemimeris: Cum post duos priores pedes Syllaba sequens partem explet orationis ut μῆνιν ἄειδε θεά. Ephthemimeris uero cum Syllaba post tertium posita pedem in partem definit orationis. ut πολλὰς δ' ἰφθίμους ψυχὰς. Tertia trochaica dicit̃ cū tertius trocheus existens partē perficit oratiōis. ut ἡρώων αὐτοὺς δὲ Quarta autē Bucolica tunc fit: cum quartus pes dactylus existens partē explet orationis. ut εἵνεκα τὸν χρύσην ἠτίμησα. dicta est autē Bucolica: q̃ qui pastoralia poemata cōscripsere runt: hac. plurimū uoce usi sint. Hec sunt quæ de carminis heroici ratione a græcis grāmaticis tradita iccirco in mediū protulimus: ne nostra hæc p̄fatio ingrata penitus audiētibus atq; inutilis uideretur. Illud quoq; minime silētio p̄tereundum duximus quod a nobis in Sophistaꝝ cœnis apud Athenæum lectum est. nō nulla īueniri Homeri carmina: quorū prima nouissimaq; syllaba copulatæ uas aliquod: esculentum ue significent. ut ὀλλυμένων δαναῶν ὀλοφύρεται ἐν φρεσὶ θυμὸς ὄλμος. uas: & μυθεῖται κατὰ μοῖραν ἅπερ κ' οἴοιτο καὶ ἄλλος μύλος. uas: λυγρὸς ἐὼν μή πού τι κακὸν καὶ μεῖζον ἐπαύρῃ. λύρη. Lyra. item ἀργυρόπεζα θέτις θυγάτηρ ἁλίοιο γέροντος. ἄρτος. panis. item μή τι σὺ ταῦτα ἕκαστα διείρεο μηδὲ μετάλλα. μῆλα. poma. Cæterum postq̃ in heroici poetę mentionē incidimus placuit poetarū distinctionē quādam q̃ breuissime fieri potuit explicare. nā poetarum alij lyrici

dicūtur:

dicũtur:alij dithyrabici: alij Iambographi:alij sillographi: alij tragici:nõ nulli satyrici:q̄ plurimi comici:quidã elegiographi:Epigrãmatici alij:qui & anathematici nuncupatur. multi Hymnographi:alij Asmatographi:alij Epithalamographi:alij minographi:alij monodi:heroici alij qui κατ᾽ ἐξοχὴν. poetæ nominantur. Sunt autẽ lyrici poetæ propterea dicti ꝙ ad lyram eorum auersus canerẽtur. quorum circularis chorus quiquaginta cõstabat uiris. tauro donabantᷣ. inter quos maxime insignes.x.numero extitere. Stesichorus.Bacchilides. Ibycus Anacreon.Pindarus.Simonides. Alcman.Alcæus.Sappho.& Corinna. Dithyrãbici. πολυστρόφους πρὸς τὸν διόνυσον ὕμνους ἐποίησαν. Mercedis gratia a tripodem accipiebãt.Sic cognominati a Dionysio: qui dithyrambus iccirco appellatus est: ꝙ e geminis sit egressus foribus ex utero uidelicet semeles: & iouis fœmore.nominatissimus dithyrãbus fuit Philoxenus corinthius primũ Dithyrãbum hoc est circularem chorum corinthi instituit Arion:secundum Lassus hermioneus.

Iambographi dicũtur. qui Carminis iambici amaritudine quempiam insectarentur. Inter quos maxime excelluerunt Anamias. Archilochus:& Hipponax.

Sillographi poetæ sunt:qui σίλλους. hoc est comicæ poesis speciem fecerunt quorũ proprium est. σιλλαίνειν .i.irridere: cauillari:& dicacitate quadam mordere.qualis fuisse dicitᷣ Xenophãtes siue Xenophanes Tragicorum: satyricorum & comicorum cõmune est. τὸ περιεστῶτας ἔχειν ἱστάμενον τὸν χορὸν, καὶ τὸ λαμβάνειν τετράγωνον, ἢ τρίγωνα τὰ πέσινεῖν οἶμον καὶ μιμητικῶς ἐν τῇ θυμέλῃ τὰ τούτων δράμματα λαβεῖν καὶ δρᾶσθαι. differunt tñ:ꝙ tragœdia & satyra sexdecim: comedia quattuor &.xx. Constet saltatoribus. præterea ꝙ tragedia

ſoluat uitam:atq; adimat. Comedia cõſtituat & largiatur: ſatyra luctum miſceat hilaritati. Tragedia denominata eſt uel ἀπὸ τοῦ τράγου .i.ab hirco: uel ἀπὸ τοῦ τρύγα λαμβάνειν .ἤ. φ muſtum caperent.uel φ ante pſonarũ inuẽtionem τρυγὶ: hoc eſt fece inungerent faciẽ:uel φ τὸ τραγόνως ἵσαντο. ſiue ἀπὸ τοῦ τραχείας ᾠδὰς ἔχειν. Comedia nomen accepit aut φ κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ κώματος. hoc eſt ſonni tempore ĩuẽta ſit. aut ἐν κώμαις. ideſt in uillis & uicis.ſiue φ ἐν διονύσου κώμοις. ideſt in Dionyſi laſciuis ſaltationibus excogitata fuerit. Satyra a ſatyris denominata hoc eſt agricolis abiectiſq; hominibus. Tragedias ſcripſerũt. Arion Theſpis:Phrynicus: Aeſchylus:Sophocles: Euripides: Ion & Acheus. Comedias ſuſarion: Cratinus: Plato:pherecrates:Ariſtophanes. & recentiores Menander: philemon: philiſtion. In ſatyra floruit pratinas.

Elegiographi appellati: qui defunctos luctuoſo flebiliq; carmine proſequerentur:inter quos pręcelluerunt callimachus:Mimermus & philetas. Epigrãmatici:qui & anathematici dicuntur ſtatuas dedicationeſq; epigrammaton inſcriptionibus exornabant.multi epigrãmata ſcripſerũt ſed principatum inter omnes obtinuerunt Simonides ille antiquus: cuius meminit Herodotus: Alcæus iunior:qui ſub Veſpeſiano ac Tito floruit. Atheneus:Proclus: Palladas: Agathias.

Hymnographi nuncupati:qui deorũ laudes cecinere qualis fuit Antiguus ille Orpheus:Homerus:Heſiodus:Aſclepiades & multi pręterea alij.

Aſmatographi οἳ καὶ ἀειδοί λέγονται. omnes ſi ſunt: qui ea conſcribunt:quæ ad Citharã Barbiton: & ad cętera muſica inſtrumẽta canunt. quales fuere ut Phalereus Demetrius

scribit Automedes: Demodocus & Lares Corcyrenses & & Ithacensis Phemius. Epithalamohraphi autem nuncu pati: quicũq; sponsorum ac sponsarum laudes in nuptiis cecinerũt. qualis extitit Pharsalius Agamestoros & Hesio dus: qui in Peleum ac thetidem Epithalamium conscripsit. cuius exordium ẽ: Τρὶς μάκαρ αἰακίδη καὶ τετράκις ὄλβιε πη λεῦ, ὃς τοῖσδ' ἐν μεγάροις ἱερὸν λέχος εἰσαναβαίνεις.

Mimographi solum risum suis quærebant poematis: inter quos maximam est sibi laudem assecutus philistio: qui Au gusti temporibus claruit.

Monodi poetæ sunt: qui unicam inducũt personam loquẽ tem: ut lycophron in Alexandra.

Qui uero κατ' ἐξοχὴν. poetæ nuncupantur Heroico utunt carmine: fabulis allegoricis: historiis & peculiari quadam dictione: inter quos celeberrimi fuere Hesiodus πάνυσις. Antimachus: Pisander: & quem sumus hodierna die au spicaturi Homerus. licet homeri opa & omnibus linguis: quas διαλέκτους. græci uocant conflata sint ibi enim tam attici & Iones: q̃ dores atq; æoles sua dep̃hendẽt Idiomata. nec tamen cõmunia neglexit uerba. Sed eo utitur indicen do artificio: ut maiestatem incompositiõe: sublimitatemq; retineat: nam in hoc maxime: ut Philostratus testatur ex tollitur Homerus: q̃ μεγαλοφρημοσύνη. Orpheum: ἡδονῆ. Hesiodum cæterosq; poetas ĩ quo quisq; esset optimus su perauerit. Cum autẽ tres sint dicendi characteres ἁδρὸν, ἰσχνὸν καὶ μέσον. omnium exempla apud Homerum repe riuntur. Intentio poetæ ĩ hoc priore opere hec est: ut Achil lem pro uiribus ad astra tollat. ad cuius cumulum cum in sigeo Alexander magnus astitisset: o fortunatissime inquit adolescẽs: q tuæ uitutis Homerũ preconem habueris. at in

odyssea laudibus extollit ulyssem. quæ utraq; ideo fecisse merito uideri potest: ut altero corporis uirtutem: altero animi fortitudinem nobis resentaret. duplex hęc eius poesis ī viij.&.xl.libros distincta est. unde Appion ille grãmaticus: qui sub Cæsare tota circũlatus est græcia & in nomine Homeri ut Anneus inquir ab omnibus ciuitatibus adoptatus Homerum suspicatus utraq; materia cõsumata principiũ adiecisse operi quo bellum ē Troianũ complexus, q; duas litteras librorum suorum numerum continentes in capite primi uersus de industria posuisset. nã cũ græci per litteras alphabeti numeros distinguant: interiecta dũtaxat sexta figura deinde per decenarium numerũ multiplicando. ijsdem lr̃is ascendat rite. M. pro. xl. H. p. viij. Scriptum reperitur. quę series omnium librorũ suorum numerum complectitur. reliqua nunc ē sola explanatio ad quã prius q̃ deueniamus necesse fuisse uisum ē: ut q̃ breuissime fieri posset: cũ totius operis: tum uel maxime huiusce primi libri argumentũ explicaretur. Dij omnes p̄ter. ἔριν. hoc est discordiæ deam Thetidis & Pelei nuptias in pelio Thessalię mõte celebrabant quare indignata eris: ne a suis desciseeret moribus: malum aureũ his uerbis inscriptum. τῇ καλῇ τὸ μῆλον. hoc est accipe pulchra pomum in mediũ conuiuimu piecit. ortã est statim inter iunonē: Pallada & uenerem certamen. dum sibi malũ earum unaquæq; uendicat iupiter inter sororem ac filias arbiter delectus: ut inuidiam declinaret: Mercurio malũ porrexit: mandauitq; ut eas ad Paridem ea tempestate & doctissimum: & æquissimũ uirũ idam montē incolentē adduceret. qui tam palladis fortitudine & ī prolijs uictoria: q̃ Iunonis opibus neglectis: ueneri mulierum elegantissimam helenē pollicitanti malũ obtulit. fauēte igitur Cithcrea Barbarico

lacedæmona petijt nauigio. Indeq; absente Menelao rapta Helene in patriam (ut Homerus testatur) reuersus ẽ. qua iniuria commoti græcorum prĩcipes per. ix. annos obsessa ilio decimo tandem anno igni ferroq; absumptam euerte-runt. a decimo autẽ Troiani belli anno sumpsit exordium licet uarijs subinde interpositis collocationibus totam fe-re pręcedentium annorũ historiam simul explicarit. quod elegantissime factum ab eo his auersibus testatur Ora-tius. Nec gemino bellum Troianum orditur ab ouo. semp̱ ad euentum festinat: & in medias res non secus ac notas au ditorem rapit: & quæ desperat tractata nitescere posse relin quit. Atq; ita mentitur sic ueris falsa remiscet. primo ne me dium medio ne discrepet Imũ. primi autẽ libri argumentũ chrysæ apollinis sacerdotis p̃ces: exercitus pestem: regum seditionem. Thetidem Iouem rogantem: Iunonis & Iouis dissidium: ac postremo per uulcanum inter eos reconcilia-tionem continet. quæ singula ut apertius a uobis p̱cipiant̃ græce Impressum argumentum interpretabimur. Vale.

Præfatio in Pindarũ Poetã Eminentissimũ a Stephano Nigro in Publico Gymnasio Mediolani habita.

QVanto quãq; assiduo semp̱ cultu celebrata fuerit Poetica cãdidissimi auditores. cũ ex alijs quã plu-rimis argumentis. tum uel maxime ex hoc colliger̃ unicuiq; q̃ facillime licet ꝙ ueteres (ut inquit strabo) poe-ticã primã quãdam esse Philosophiam p̱hibuerint quippe quæ a teneris nos unguiculis ad uiuendi rationem p̱ducat: mores: atq; affectus edoceat: quæq; gerenda declinandaue sint quadam cantus suauitate p̃cipiat: Hinc factum est; ut a

posterioribus soli poetæ sapiētes fuerint existimati: nec me hercle īmerito: Quis enim eos non maxima esse sapientia præditos arbitretur? qui q̄ diu canunt diuino esse afflati nu mine dicantur: Deorumq; filij ac prophetæ uocitētur? Nā (ut refert Plato) non prius uates poetica cauere potest: q̄ deo plenus: & extra se positus: ac mente alienatus sit. Democritus quoq;: negat quemq̄ sine diuino furorē magnum esse posse: unde accidere solet: ut uates diuino furore correpti ac perciti res adeo admirabiles: adeo supra humanas uires constitutas grandiori quodam spiritu proferant: ut cum furor ille resederit: ac remiserit se ipsos admirentur: ac stupescant & quæ illo temporis momento dictauerint uix sua esse cognoscant aiunt enim poetam cum in musarum Tripode sedet: minime mentis: esse compotem: sed perinde atque fontem fluere: & quæcūq; influunt: prorsus effundere: cūq; ars eius imitato quædam sint: ac diuersos hominum affectus exprimat sæpe accidere: ut inter se contraria dicere cogatur: & utrum hæc: an illa uera sint: ignoret. oēs Itaq; insignes poetæ non arte: sed diuino afflatu præclara ista poemata canunt: & ut Corybantes non sana mente saltant: ita neq; egregij Carminum modulatores sana men te hos cantus effingūt: uerum ubi in harmoniā rhytmūq; insurgunt furoreq; correpti bacchantur: quemadmodum Thyades mente quidem nō sana mel ac lac ex fluminibus hauriunt sana uero haurire nequeunt ita ij e musarum uiridarijs: ac collibus carminū flosculos decerpentes ad nos trāsferunt: quod sana efficere mente nequaq̄ possent. Est autem poetica (ut Plutarchus ait.

μιμητικὴ τέχνη καὶ δύναμις ἀντίστροφος τῇ ζωγραφίᾳ· ποίησις μὲν γὰρ φθεγγομένη ἐστὶ ζωγραφία· ζωγραφία δὲ σιγῶσα ποίησις.

LEgimus apud Platonem ſophiſticam artem uetuſtiſſimam fuiſſe:eiuſq; artis peritiſſimos: a ſophiſtarum nomine abhorrentes : partim ſub poetarum nomine:partim ſub ſacrorum atq; oraculorum appellatiōe artis inuidiam offenſionemq; declinaſſe: Quod Homerus: Heſiodus:Simonides: Orpheus : ac Muſæus in primis feciſſe produntur Quo circa minime mirari oportet quotiēs orpheus uetuſtiſſimæ religionis conditor ſaxa ac ſiluas materna arte ad ſe traxiſſe rapidoſq; fluminum lapſus moratus dicitur : cum homines beſtiarum more paſſim in agris uagantes ſibiq; ferino uitam propagantes nihil animi ratione omnia uiribus adminiſtrantes non modo pietatis ac Iuſticię : uerum cœterarum quoq; uirtutum penitus ignaros meliflua orationis ſuauitate:uictriciq; facundia eo compulerit:ut in unis habitarē mœnibus pulchrum : ius æquabile: ac leges ſeruare honeſtum:Pietatem in deos ac parētes colere ſanctum arbitrarentur : ad diuerſaſq; uitæ rationes ſubito mutata uiuendi conſuetudine traduci æquo animo paterentur. Quis igitur Poeticam hoc eſt facundam ac modulatam ſapiētiā meritis unq̄ ꝓſeq laudibus poſſet? Cuius in utrāq; partē ad uituperādū.ſ. & laudādū tanta uis eſt ac facultas:ut plato ei:cui famę cura eſt:ſummope cauen̄.cenſeat ne poetam iure inſenſum ſibi:atq; iratum habeat : qua in re : ut idem Plato refert : Cretenſium rex Minos alioqui prudentiſſimus imprudenter deliq̄t. Cū Athenis:q̄ ciuitas eſt aliis ſapiētibus uiris & maxime poetarum copia referta erat bellū intulit. Tragediis nāq; eum inſerētes poetę: ulti

Nō habēr poetā iratum

iniuriam sunt: cuius rei grā acerrima illa impēdere tributa: sunt igitur obseruandi poetæ ac colendi: eorūq; poemata legenda in primis pueris atq; ediscenda qui priscorum uirorum ac uirtute prestantium res gestas carmine prosequuti sunt: ut puer uirtutis æmulatione accensus præclara maiorum facinora imitet᷑ īter quos Pindarus ὁ μεγαλοφωνότατος. maxime recensendus est: qui cū Horatio teste: Musa fidibus dederit diuos: Puerosq; deorum: & pugilē uictorē & equum Certamine primū & Iuuenū curas & libera uina referre: omisso uino quo hominū mentes attonitæ interdū redduntur Iuuenūq; neglectis curis: ac solicitudinibus in sacris grecorum certaminibus uersatus est: quorꝝ uictores eo prosecutus ē carmine: ut ubiq; aureus: ubiq; diuinus appareat nusq̄ non supra humanā cōditionem se se extollat: & usq; quaque eximiis ac mirabilis existat: de quo Quintilianus. hæc haud ī merito retulisse uideri potest: Nouem lyricorum longe Pindarus princeps spiritus magnificētia sententiis beatissima rerū uerborūq; copia: & uelut quodā eloquentiæ flumine. ꝓpter quod Horatius eū merito credidit nemini imitabilē Pindarus ac Terpander (ut Plutarchus scribit) musicæ fortitudinē cōiunxere. Sed quid ego in Pindaro laudando diutius īmoror: ad quē pro dignitate ac meritis exornādū altero mehercule opus esset Pindaro.

¶ Itaq; me ad grāmaticorꝝ p̄cepta conuertā a quibus librorū interp̄tes admonent᷑ sex iis esse ī primis animaduertēda qui aliquem sibi authorem summūt interp̄tan̄. Poetę uitā: operis Titulum Carminis qualitatem: Scribentis intentionem: librorum numerū: & oīum postremū explanationem Quare cum pindarum nobis sumpserimus interp̄tan̄. ab eius uita exordium summamus necesse est.

Natus

❡Natus est Pindarus(ut suidas ait) Thebis Bœotijs prẽ Scopelino uel ut alijs placet Daiphãte siue Pagonide mr̃e Myrto Sexagesima sexta olympiade. Myrtidos mulieris discipulus fuit. Simonidi quoq; operam dedisse fertur: quo autem tempore Xerxes in græciam expeditionẽ fecit quadragessimũ agebat ętatis annum habuit fratrẽ Erōtionem: & filium Diophãtẽ: filiasq; protomachen & Eumetim: Extremum aũt obijt diem in Theatro cum Theoxenia se dilecti genibus in hærẽs petijsset ut quod homini optimũ esset sibi daret̃. Fama est (ĩquit Plutarchus) ijs: q a Bœotijs ad apollinẽ missi fuerant: ex pindari mandato qđ homini optimũ esset sciscitantibus Promãtin hoc est Pythiam respondisse quod & ipse minime ignorat: si eorũ q̃ de Trophonio atq; agamede lr̃arum monimẽtis mãdata sunt: ipse author est: q; si periculum facere concupiscit: haud multo post id exploratum fore: quæ cum audiuisset Pindarus ad obitum spectantia extemplo cœpit cõsyderare: nec multo post decessit. Paus. libro. ix. Pindarus inquit diuino poeta ingenio: cum adulescẽtulus adhuc Thebis æstiuo tẽpore Thespias ꝓficisceretur meridiano caloris æstu usq; adeo afflictus oppressusq; est: ut lassitudine ac sõno obrutus paululũ extra uiã ꝓstratus qeuerit: ad cuius dormientis labra aduolantes apes melificauerunt: quod certissimum suauissimi cantus p̃sagium Pindaro fuisse ꝓhibet̃ unde minime mirari oportet quod ĩ Philostrati imaginibus legit̃ Pana μουσικὸν λατρεῖον. Pindari cantibus usq; adeo oblectatũ fuisse: ut cũ primũ Pindarus ad scribendũ animũ appulit: Choreas sibi carissimas neglexisse: & quicqd a Pindaro componeretur cecinisse dicat̃. Cœterum cũ eius nomen ꝑ uniuersam græciam celeberrimũ haberetur ad summum glorię culmen pythia

Pindari vita

A[illegible] ꝑ melli[illegible]

euexit. Prędixit. n. Delphis ut omniũ quæ Apollini offerebantur ꝑmitiarũ æqua Pindari portu impẽderetur. Aiunt ꝑterea Pindaro iam ſeneſcenti Proſerpina per qetẽ obuerſatam fuiſſe conſtamq;: ꝙ oẽs ꝑter iꝑam deos hymnis celebraſſet. id tamẽ facturũ. cum ad ſe ueniſſet. Quare cum ãte decimũ a uiſione diem deceſſiſſet Pindarus: Aniculæ cuidã affinitatis uinculo ſibi cõiunctæ: cantuſq; q̃plurimos caner̃ aſſuetæ Dormienti adſtitit: hymnũq; in proſerpinã cecinit: quẽ iꝑa expecta ſtatim cõſcripſit: in quo ſunt & alia Plutonis cognomina & χρυσήνιος. ſtadiũ eſt Thebanis ante prætidas portas ut idẽ Pauſ. author eſt: Tranſeuntibus autẽ ſtadiũ occurrit Hippodromus: in quo Pindari extat monimẽtũ. cuius ueſtigia domus ultra directe uiſunt̃ ſcripſit autẽ multa dorica lingua. Alexãder cũ Thebas deleret. Pindari ſtirpẽ. ac pẽates ĩcolumes ſeruauit: ut teſtat̃ Plut. fuit & alter Pĩdarus Thebãus. & iꝑe Lyricus ſuꝑioris cõſobrinus. Titulus operis ẽ: πινδάρου: ὀλύμπια: πύθια: νέμεα: ἴσθμια, q̃ certamina ĩ quoꝝ honorẽ celebrarent̃ qbuſq; ꝑmijs donarẽt̃ uictores Archias hoc Tetraſticho elegãtiſſime oñdit

Τέσσαρές εἰσιν ἀγῶνες ἀν' Ἑλλάδα, τέσσαρες ἱροὶ
  οἱ δύο μὲν θνητῶν, οἱ δύο δ' ἀθανάτων
Ζηνὸς, Λητοΐδαο, Παλαίμονος, Ἀρχεμόροιο
  ἆθλα δὲ τῶν, κότινος, μῆλα, σέλινα, πίτυς

Quæ ſingula ut uobis omnibus planius innoteſcãt q̃ breuiſſima fieri poterit orõne quo pindaꝝ ordine ꝑcurremus. & ab olympijs ut ipſe auſpicabimur: Eleorum uetuſtiſſima celebrãtes ut Pauſ. author eſt ſaturnũ ferũt primũ in cælo regnnm obtinuiſſe: Templumq; in olympia ſaturno ab ijs conditum: qui aureum genus dicebant̃. iouẽ autẽ genitum Rheam Ideis: qui & curretes appellantur: commendaſſe

& ueniſſe quidem ipſos ex ida Creteſi Herculi.ſ. Pœoneũ: Epimeden: Iaſiumq;: & Idam. Herculẽ itaq; ludentẽ erat.n. natu maximus curſus certamen frĩbus ꝑpoſuiſſe: uictorẽq; oleaſtri ramo coronaſſe. Aiunt.n. oleaſtrum ab Hercule ex hypꝑboreis regionibus ĩ grę ciã delatũ. Herculẽ igit̃ primũ certamẽ cõſtituiſſe: olympiaq; appellaſſe memorãt. Decreuiſſe ꝑterea ut qnto quoq; ãno idcirco ageret̃: ꝗ qnq; eſsẽt frẽs: sũt q dicãt iouẽ hic cũ ſaturno đ impio fuiſſe luctatũ: aliȷ ob res geſtas ꝑpoſuiſſe certamẽ ferũt: in eoq; apollinem curſu Mercuriũ: Martẽ lucta ſupaſſe: factumq; inde eẽ ut Tibiarum cantus pythicus curſui ex pentathlis adhibitus ſit: ut pote Tibiaꝝ cantu Appollini conſecrato. Cœterum quinquageſſimo poſt Deucalionis diluuiũ anno Clymenũ cardis filiũ ab Hercule Idęo oriũdũ ex creta ueniſſe: certamen inſtauraſſe: Herculiq; auo arã erexiſſe προστάτην q; cognominaſſe memorãt: mox Pelopem. Deide Herculẽ Amphitrionis filium adauxiſſe: Is ut aliȷ q̃ plurimi tradidere: Augea Elidis rege ſupato: urbeq; dirrepta. ex mãubiȷs ioui prĩ quẽ olympiũ nũcupauit latiſſimis iuxta Alpheũ cãpis certamẽ inſtituit: qđ quĩto quoq; anno: uel ut lycophronis interpres ait quinquageſſimo quoq; menſe ſiue.xl.nono celebraret̃: ubi Athletæ uires ſuas Pentathlo: aliȷſq; bellicis meditationibus oſtẽtarent, Quid autem eſſet Pentathlos hoc Simonidis Diſticho pulcherrime indicatur.

ἴσθμια, καὶ πυθοῖ · διοφῶν ὁ φίλωνος ἐνίκα ἅλμα,
ποδωκείην, δίσκον · ἄκοντα πάλην.

Cõſtituto itaq; Ludicro Hercules fortiſſimũ quẽq; ad paleſtrã ꝓuocabat nemine autẽ cum eo certare audẽte. Iupiter Athletę aſſimilatus ĩ certamẽ cũ filio deſcẽdit: & aliquãdiu ancipiti Marte cũ eo luctatus ſe Tandem filio indicauit.

¶ Sunt qui dicant herculē in pelopis gratiā olympia insti-tuisse: quibus Papinius his uerbis adstipulat̄ Pisea p arua Hūc prius Alcides Pelopi certauit honorē. Quod aūt sup hac re strabo sentiat unicuiq3.viij. libro inspicere licebit ολυμπία. inqt Suidas ὁ κατὰ τέσσερα ἔτη συντελούμενος ἀγὼν διὰ τὴν κατὰ πενταετίαν τῶν τοῦ ἡλίου δρόμων, ἐκ τῶν κατὰ τὸ ὄρος ἱερῶν συντελουμένην ἡμέραν ἐπέθη δὲ πρώτη ὀλυμπιάς ἐπὶ σολομῶντος εἰς ἑορτὴν κοσμικὴν τοῦ διός.

¶ Luna plena hoc ē circa undecimū mēsis diē ut pindari in terpres ait olympia inchoabant̄.xvj.die dabant̄ pręmia: ui ctor q olympionices dr̄ κότινῳ ut & superius diximus hoc ē oleastro coronabat̄: qui ut paus. inquit ἐλαία καλλιστέφανος. appellat̄.hinc ē gn̄rosissimū illud Tritātechinis Artalami Filij dcūm ab Herod.l.viij.memoratū qui cū post acceptā a græcis ad Termopylas cladem Archades qdam ad psas Trāsfugissent: interrogatiq3 quid nā gręci agerent in olym pia eos gymnicū atq3 equestre certamē spectare rn̄dissent: ciusq3 certaminis oleaginā coronā p̄miū esse dixissēt. quin corā ip̄o xerxe i hæc uerba prorūperet: se cōtinere nequaq̄ ualuit Pape Mardoni aduersus quos uiros nos pugnare cō pulisti qui nō pecuniarū certamen agitent: sed uirtutis. q̄q̄ nō se uictor sed p̄riam suam corona iīsignibat: ut &.lib.vij. testatur Plinius.& Simonides de Theocrito quodā olym-pionioce loquens hoc Tetrasticho indicat.

γνῶθι θεόκριτον προσιδὼν τὸν ὀλυμπιονίκαν
 παῖδα παλαισμοσύνας, δεξιὸν ἡνίοχον
κάλλιστον μὲν ἰδεῖν, ἀθλεῖν δ᾽ οὐ χείρονα μορφῆς
 ὅς πατέρων ἀγαθῶν ἐστεφάνωσε πόλιν.

¶ Quam quidē patriam domū reuertens nō p portas: sed p muri ruinas curru uectus ingrediebat̄ qua re indicabat̄

ciuitatibus nō magnopere mœnibus opus esse uiros haben tibus: qui & pugnare possent & uincere: olympica oratio est ut inquit Apollonius apud philostratū: qua ęlei aduersus athletas utebanť: si diligenter: elaborastis ut ĩ olympijs certamen subire possitis stadiū audenter ingredimini: qui uero nō ita paratus est: quocūq; uult abeat.

¶ Legimus apud Athenæū Alcibiadē: q primus: secūdus: ac quartus curru olympia uicerat uniuersum græcoꝝ cōuentū epulo accepisse: ĩ quas uictorias Euripides Epinicion conscripsit quod & Leophron fecisse ꝑhibetur: Simonide chio epinicion scribente.

¶ Pythia in Apollinis gratiā πυθοῖ celebrabanť ob pythonem serpētem ab eo occisum uictores Lauro coronabanť additis pomis ex Apollinis tēplo sumptis ut refert Lucianus. Ouidius tamen de pythijs loquens ait Hic iuuenum qcūq; manu pedibusue rotaue uicerat herculeæ capiebat frondis honorē. sed addit Nondum laurus erat. Tibiarum autē cantu in pythijs plurimū utebātur. τοῦ δὲ πυθικοῦ νόμου τοῦ αὐλητικοῦ μέρη πέντε πεῖρα, κατακελευσμὸς ἰαμβικὸν σπονδεῖον καταχόρευσις. Quæ ut inquit Pollux Apollinis in serpentem pugnam indicabāt: Nam ἐν τῇ πείρᾳ. hoc est in experientia Apollo locum cōtemplať: an Certamini Idoneus sit ἐν τῷ κατακελευσμῷ. idest in exhortatione: Draconem prouocat in iambico pugnat Iambicum autem ipm καὶ τὰ σαλπιστικὰ κρούσματα. idest Tibiarum sonitum καὶ τὸν ὀδοντισμόν. idest dentiū stridorem complectitur. ut pote serpētis dentibus dum sagittis ab Apoll. petebatur stridorē emittentibus. τὸ σπονδεῖον. dei uictoriam indicat. ἐν δὲ τῇ καταχορεύσει ὁ θεὸς τὰ ἐπινίκια χορεύει. hoc ē ob uictoriā exultat

Pythia autē appellata sunt a loco cui nomen πυθὼ, locus uero nomē accepit uel ἀπὸ τοῦ πύθεσθαι ꝙ ē marcescere ꝙ ibi serpens marcuerit. Sunt qui uelint Pythicū certamē ab Eurylocho Thessalo post superatos Cirrhæos primū institutum χρηματιτην ꝗ ἀγῶνα propterea nūcupatū. ꝙ cū nōdū essent corollæ uictores pecunijs donarentur.

Nemæa ut nō nulli uolunt ab Hercule ob interfectum a se leonem instituta. plures in Archemori a serpēte dū Argiui Thebanis bellū īferrēt occisi memoriā celebrata ꝓdiderūt q Lycurgi filius opheltes prius dicebat̃. Nemæa aūt dicta sunt ab elidis regione nemea appellata: ipsa uero regio ab Asopi filia ut Paus. ait nomen accepit. uictores uiridāti apio coronabantur.

Isthmia ab Isthmo corīthiaco ubi fiebāt: nūcupata sunt. de ijs Plutar. in Thesei uita sic refert: Theseus primus neptuno certamen instituit: gloriariq; ē solitus ob Herculē Ioui olympia: ob se uero Neptuno Isthmia celebrari: quod. n. ibidē in Melicertę honorē cōstitutum est: noctu agebatur: initiandi magis q̄ sp ectaculi speciē præseferens.

Non nulli uolūt isthmia a Theseo ī Scironis honorē ideo excogitata ut se ab eius cæde expiaret: erat. n. sibi affinitate propinquus. Non desunt qui in sinidis Neptuni filij a Theseo interempti gratiam instituta dicant: quidā in Melicertę honorem qui Palæmon a græcis portunus a latinis dicitur. Istmiorꝝ ludicrū constitutum esse prodiderūt uinitor apud philostratū quid esset: qđ ī Melicertę honorē a corinthijs fieret aptissime indicauit: ait. n. Phœnicē alloquens q̄ a corinthijs ī Melicerta honorē celebrant̃: & q̄cūq; ijde libero rū Medea causa faciūt: quos ob Glaucē trucidauit mystico cuidā ac diuino luctui assimilant̃: hos. n. placāt: illū laudi-

bus ꝓsequũtur: uictores pinu uel ut aliis placet: apio arido coronabant̃: illđ quoqꝫ ñ ab re fuerit hoc loco memorasse: quod a festo Pon. dicit̃ pentathlon inquit nr̃i quinquertio nẽ uocãt: est autẽ pentathlos qui generibus illis quinqꝫ certat: Pancratiastes qui certauit & uicit at Periodo uictor qui sacra grçciæ certamia & obiuit & uicit Athletæ ut Pli. xxiii. refert siccis ficis pascebant̃: ꝙ corpus ac uires adiuuẽt. Pythagoras exercitator primũ ad carnes eos trãstulit Pauſ. tñ de athletis locutus ait: ἀνὴρ ἐκ στυμφάλου δρομεὺς κρέας ἐσθίειν ἐποίησε. cũ prius caseo ex fiscellis uescerent̃: Qui ut lib. ix. Victruuius refert certamina uicissent hos honores statuerũt: uti nõ mõ ĩ cõuẽtu stãtes cũ Palma: & corona ferrẽt laudes: sed ẽt cũ reuerterent̃ in suas ciuitates cũ uictoria triũphãtes q̃drigis in Mœnia: & ĩ pr̃ias ĩueherent̃ ẹreqꝫ publicoꝑpetua uita cõstitutis uectigalibus fruerentur.

Cœterum Atheneus oẽs ĩquit Athletç post certamina multum cõmesse docentur: quapropter Euripides in primo Autolyco ait in numeris in græcia malis existẽtibus nullũ est athletaꝝ genere deterius: quippe qui uentri inseruiant atqꝫ inutiles sint Græcos quoqꝫ conuiciis insectatus est: ꝙ ad huiusmodi uiroꝝ spectacula conuenirent.

Carminis qualitas diuersa est: nã cũ in primis metrorũ nouẽ sint species: ἰαμβικὸν. τροχαϊκὸν ἀναπαιστικὸν χοριαμβικὸν ἀντισπαστικὸν. ἰωνικὸν ἀπὸ μείζονος. ἰωνικὸν, ἀπ᾽ ἐλάσσονος παιωνικὸν προσοδιακὸν. eoꝝ q̃ plurimis Lyrici poetæ usi sũt. Lyrici autem dicti ꝙ ad lyram eorum uersus canerentur nomen sortiti sunt quorum circularis chorus quinquagita cõstabat uiris: Tauro donabant̃ eorum opuscula odæ siue hymni dicebant̃: αἱ εἰς τοὺς θεοὺς ᾠδαί. inqt Pollux. παιᾶνες cõmuniter: siue hymni appellantur Priuatim uero Dianæ

hymnus ὔπιγγος dicitur Apollinis παιάν utriusq; προσῴδιον. Dionysii διθύραμβος. Cereris ἴουλος. nam Linus & litierses fossorum atq; agricolarum sunt cantus.

Sunt pterea de hymnis in deos alij ut Menāder ait κλητικοί alij ἀποπεμπτικοί: alij φυσικοί nō nulli μυθικοί quidā γενεαλογικοί alij πεπλασμένοι: alij εὐκτικοί: alij ἀπευκτικοί: μικτοί alij: qui uel duobus ex his: uel tribus uel oībus simul cōstant κλητικοί. igitur hoc est uocatiui appellantur. Quales sunt multi tā apud Sappho. quā apud Anacreōtem & alios me-tricos multoꝝ deorū inuocationē habētes. ἀποπεμπτικοί. uero hoc est ut ita dicā remissiui siue comitatiui: qualis nō nulli apud Bacchylidem reperiunt̃ ut migratiōis alicuius atq; abitionis comitatum habentes φυσικοί. hoc est natura-les appollinis siue iouis aliorūue Deorū naturā exprimūt: cuiusmodi apud orpheum plurimi iueniunt̃. μυθικοί. hoc est fabulosi simplici quadam allegoria fabulas cōtinent: ut Apollo muros duxit uel admeto seruiuit uel aliquid hmōi γενεαλογικοί Deorum natiuitatem ferūt. ut cū latonę filium Apollinē dicimus iouis & Mnemosynes musas: πεπλασμέ-νοι. hoc est ficti cum aliquem deum fingimus ut Simonides ἄυριον Dæmonem uocauit: alij ὄκνον & alij alium εὐκτικοί. optatiui nudas continent pces ἀπευκτικοί. simpliciter con-traria depcātur. Sunt qui addant ἀπορητικοὺς siue διαπορη-τικοὺς. hoc est dubitatiuos ut si dubitaueris sit ne Amor χάους an ueneris filius.

Quinq; autem fuere apud Heroes ut Eustachius ait odaꝝ species σωφρονιστική, ἐγκωμιαστική θρηνητική ὀρχηματική, καὶ παιο-νική quarū quanta sit uis atq; utilitas in secundo de legibus his uerbis docet Plato. Probus inquit legum lator poetico uiro suadebit: & si opus fuerit; coget ut bonorū ac fortium

uirorum

uirorũ gesta iis rythmicis carminibus complectatur: quas odas uocamus: q̃ merito ἐπωδαί. idest incantationes circa aĩos nostros dici possunt: ob id de industria compositæ: ut hominũ animi cũ dolendo: tum gaudẽdo legibus obsequã tur. Tanta.n.est odarꝫ facultas ac robur ad incitandos com primẽdosq; ac sedandos aĩos: ut Pythagoras nos admoneat ne ullum mane negotiũ prius aggrediamur quã asperitatẽ quandã ex recenti adhuc e sõno excitatione mentibus nostris atq; animis insidentẽ rythmicis atq; harmoniacis cãtibus excusserimus: quo sinceriores ac Placidiores ad diuturnas actiones præparent᷑: Euclides quoq; ĩ musicis ait deos etiam nr̃as facilius exaudire p̃ces si hymnis harmoniacisq; cantibus eorũ opem imploremus: quo factum est: ut sacrã Christicolarum litteræ per pientissimos. ac sapientissimos uiros compositis affluant: qui singulis diebus in suppliciis deorum pientissime ac suauissime canantur: quos musices Flores ipse Pindarus appellat.

Illud aũt in primis scieñ. est lyricos poetas ĩ opusculis suis στροφῆ ἀντιστροφῆ, καὶ ἐπωδῷ uti consueuisse ꝙ eorum chorus modo ad sinistrã mõ ad Dexterã cõuerteret᷑: & qñq; cõsistẽs odas caneret: nec id temere fecisse ꝓdunt᷑: nã quotiẽs a Dexteris ad sinistra ducebatur chorus circularem uniuersi ab oriente ad occidentem motum referebat. Dextra.n. Homerus quæ ad ortum uergunt: sinistra quæ ad occasum appellat & hoc στροφὴ nominabat᷑: cũ uero a sinistra ad Dexteram reuertebat᷑ chorus ab occasu ad ortũ planetarꝫ motũ innuebat quod ἀντιστροφὴ appellabatur: At ἐπωδὸς dicebat᷑ ubi consistens chorus odas concinebat ꝙ constantem atq; ĩmobilem terræ statum indicabat: Cum autem hæc omnia κώλοις hoc est mẽbris mẽbra uariis cõstent metris metraq;

ipsa multiplicibus insistat pedibus nõ ab re fore arbitratus sum: si quot sint pedes: quibusq; singuli constent syllabis i medium protulero.

Sunt autem omnes pedes ut ἡφαιστίων ait octo supra uiginti quorum quattuor disyllabi.

Pyrrichius qui duabus cõstat breuibus ut λόγος
Iambus breui & longa ut λέβης
Trochæus longa & breui ut ἦθος
Spondeus duabus longis ut ἥρως

Trisyllabi octo.

Choreus Tribracus etiam dictus qui tribus constat breuibus ut λόγιος
Dactylus longa & duabus breuibus ut ἥλιος
Amphibracus breui longa & breui ut ἄμητος
Anapestus duabus breuibus & longa ut ἀπατωρ
Baccheus breui & duabus longis ut δομήτωρ
Amphimacrus creticus etiã atq; Ionicus dictus longa breui & longa ut λημότης
Palimbaccheus qui & hyppobaccheus appellatur duabus longis & breui ut συστρωστὸς
Molottus tribus longis ut ἡρώδης

Quadrisyllabi.xvj.

Proceleusmaticus q̃ q̃ttuor ↄstat breuib9 ut ἀνιαρὸς
Peon primus lõga & tribus breuibus ut ἡμίονος
Secundus breui longa duabus breuibus ut ἀγασσιος
Tertius duabus breuibus longa & breui ut παράκοιτις
Quartus tribus breuibus & longa ut πελοπίδης
Ionicus a maiori duabus longis totidem breuibus. ut κλεοπέρυμος
Ionicus a minori duabus breui; & totidem long. ut κακοδαίμων

Ditrocheus longa & bre. longa & bre.	ut	ἀρχέλαμος
Diiambus breui & long. breu. & longa	ut	θεκροσῶ
Antipastus breui duabus longis & breui	ut	θεωκητος
Choriābus long. duabus breuibus & lon.	ut	χειρονομῶ
Epitritus primus bre. & tribus longis	ut	θεοῤῥήμων
Secundus longa bre. & duabus longis	ut	χειροκθης
Tertius duabus long. breui & longa	ut	αὐτὸκράτως
Quartus. Tribus longis & breui	ut	εἰρήναρχος
Dispondeus quattuor longis	ut	χειρωνακτης

¶ His igitur pedibus constant metra quorum aliud ακατα-ληκτον: cui nihil deest: aliud καταληκτὸν: cui una deest sylla ba aliud βραχυκατα ληκτον. quod integrū desyderat pedē aliud υπερκαταληκτον: quod una superabundat syllaba. Lyrico autē carmine q̃ plurimi usi sunt inter quos numero nouē maxime excelluerūt. Pindarus de quo satis diximus. Stesichorus: q ut suidas ait. xxxvij. natus olympiade prēm habuit Euphorbū: Prīam Imerā siculā ciuitatē scripsit sex supra uiginti libros dorica dialecto. Is cum in Helenē inue ctus oculos amisisset: per quietem: uel ut alij uolūt per nū-cium ab Helene missum admonitus Palinodiam cōposuit: oculosq; recepit Stesichorus autem cum prius Tisias dice-retur: iccirco appellatus est ὅτι πρῶτος κιθαρῳδίᾳ χορὸν ἔστησε in oppido Cattana Decessit. Sepultusq; est ante portam: quæ ab eo stesichoras Denominata est. Sepulchrū ex om-nibus octonis constructum fertur: colūnis octo gradibus octo: octo angulis: unde puerbiū deductum πάντα ὀκτώ cum alicui rei nihil deesse significamus quo factū est iquit Pollux ut i Taxillis numerus octo ab eius monimēto Ste-sichorus appelletur.

Bacchylides ĩ ceo ĩsula Milione p̃re genitus p̃riam̃ habuit Iulidem συγγενὴς σιμωνίδου scripsit Dorica lingua:
Ibicus Polyzeni Mesenij filius genere Rhegmus septem scripsit libros Dorica Dialecto: Sambycem Triãgularem citharã Primus excogitauit a latronibus trucidatus ultrices assecutus est grues: unde adagium deductum αἱ ἰβύκου γέρανοι. hoc ẽ Ibyci grues quo uti cõsueuimus quoties scceleribus nouo quodam atq; improuiso casu ꝓditis scelesti: ac flagitiosi ijs pœnas dant: quos leserunt.
Anacreon Parthenio p̃re genitus patriã habuit τέων ioniæ ciuitatem: quam ipse Athamantida nuncupauit: Scripsit q̃ plurima ionica Lingua: Acino uuę passe ut Plinius. Testat̃ strangulatus est.
Simonides Leoprepis filius Iulidem in Ceo insula patriam habuit Melicertes a cãtus suauitate appellatus est τὴν μνημονικὴν τέχνην ἔτι μακρὰ τῶν στοιχείων, καὶ τὰ διπλᾶ, καὶ τῇ λύρᾳ τὸν τρίτον φθόγγον. inuenisse dicitur a castore ac polluce scenæ est subtractus ruinę: Simonidi dictum est ἀνάγκῃ οὐδὲ θεοὶ μάχονται.
Nenia cantus est lugubris: quẽ Simonides ĩstituisse fertur scripsit Dorice Naumachias: luctus: laudes: Epygrãmata Pœanas: Tragedias: aliaq; q̃ plurima. Natus est qnquagesima sexta olympiade: octuagessimo nono ętatis ãno ꝺcessit:
Alcman lacõ ἐκ μεσσόας uel ut Crates scribit lydus ἐκ σάρδεων. Damante p̃re genitus uigessima septima olympiade τῶν ἐρωτικῶν μελῶν. inuentor extitit. scripsit libros sex dorica dialecto: primus ĩtroduxit μὴ ἑξαμέτροις μελῳδεῖν pediculari ut Aristoteles ait morbo perijt: fuit & alter Alcman Lyricus & ipse genere Messenius.
Alcæus lesbius p̃ria Mitylenęus uir fuit ĩ re quoq; militari

egregius:ut pote qui tyrannos e pr̃ia exegerit. Hũc Horatius. noster in iis tantũ quæ ad lusus amoresq; ptinent imitatus est hinc est quod dicit Age dic latinũ barbyte carmẽ: Lesbio primũ modulate ciui. &c. Aeolica usus ẽ Dialecto. Sappho lesbia quadragesima septima nata est olympia de quo tẽpore Alcæus Stesicorus: & Pittacus Floruere: prima plectrũ adiuenit scripsit lyricorũ carminũ libros. ix. epigrãmata: elegias iambos & Monodias ęolica lĩgua. αὐτὴ δ᾽ ἐρασθεῖσα ἔρωτος τοῦ μιτυληναίου ἐκ τοῦ λευκάδος κατεπόντισεν ἑαυτήν.

Scribentis intentio eo spectat ut & se & quos laude prosequitur ĩmortales reddat: reliquosq; ad uirtutẽ exhortetũ. Librorum numerus certaminum numero continetur.

Reliqua nunc est sola explanatio: quã nõ prius aggrediemur quã huiusce primæ odes argumentum a nobis fuerit enarratum.

Hiero Syracusarũ Rex dinomenis filius & Gelonis frater ἵππῳ κέλητι uel ut nõ nulli uolunt quadrigis uictoriam in olympia assecutus est quare Pindarus & certamẽ ipsum & iouẽ: cui certamẽ dicatum est & Hieronẽ & Equum Φερένικον. appellatum elegantissimo ac Diuino prosecutus est hymno. Paus. de Hierone loquens ait Geloni Dinomenis filio siciliæ Tyranno successit Hiero frater. huic Dinomenes filius qui pro patre ea dicauit ioui olympio: quæ pater p uictoria uouerat & hoc indicat Epigrãma.

σὸν ποτε νικήσας ζεῦ ὀλύμπιε σεμνὸν ἀγῶνα
 τεθρίππῳ μὲν ἅπαξ μουνοκέλητι δὲ δὶς
δῶρ᾽ ἱέρων τάδε σοὶ ἐχαρίσσατο παῖς δ᾽ ἀνέθηκε
 δεινομένης, πατρὸς μνῆμα συρακοσίου

Ἄριστον μὲν ὕδωρ. Varię sunt philosophorũ de rerũ origine opiniões. Thales Milesius: ut Plutarchus scribit: ĩ ægypto

philoſophatus Senior iam factus Miletum rediјt. unde ío
nica ſecta initium ſumpſit. Is omnia ex aqua oriri: atq; in aquam reſolui propterea dicit. quod genitale omnium ſemen liquidum ſit: & q; omnes planetæ humore alantur ac fructus ferant: abſq; humore uero areſcãt: & q; ipe ſolis ac Syderũ ignis aquaꝶ exhalationibus nutriat: indeq; factum eſſe ut oceanus ab Homero rerum pater dicatur.

Anaximãder mileſius τὸ ἄπειρον oĩum reꝶ prĩcipiũ uoluit.

Anaximenes mileſius aerem.

Anaxagoras Clazomenius omnium rerum principia dixit τὰς ὁμοιομερείας.

Archelaus Atheniẽſis ἄερα ἄπειρον καὶ τὴν περὶ αὐτὸν πυκνότητα καὶ μάνωσιν hoc eſt ignem & aquam.

Pythagoras omnia ad numeros atq; harmonias referebat.

Heracletus & hippaſus metapontinus omnia naſci ex igni atq; in ignem deſinere aſſerebant.

Epicurus Democritum ſecutus duo dicit rerum principia corpus hoc eſt atomos inane.

Empedocles quattuor elementa iuxta cuius ſententiã Lucretius. ait ex imbri: terra atq; aĩa naſcuntur & igni.

Socrates ut Plato tria rerum principia poſuerũt τὴν θεὸν τὴν ὕλην, τὴν ἰδέαν.

Zeno κιτιεὺς ἀρχὰς μὲν τὸν θεὸν καὶ τὴν ὕλην ὧν ὁ μὲν ἐστι τοῦ ποιεῖν αἴτιος, ἡ δὲ τοῦ πάσχειν, στοιχεῖα τέτταρα.

Pindarus inter elementa ac reꝶ principia optimã eſſe aquã ait cui ut Plutarchus inquit Heſiodus adſtipulatur dicens ἤτοι μὲν πρώτιστα χάος γένετο. Plurimis. n. hoc nomine aquã appellaſſe uidet. παρὰ τὴν χύσιν unde πολιὰ θάλασσα. dicit hoc eſt mare canũ. q; aqua ſit oĩum elementorũ uetuſtiſſimum: uidete Plutarchum ipſum in eo tractatu qui iſcribit

ϖότερον ὕδωρ: ἢ ϖῦρ χρησιμότερον. ostendit utriusq; elementi defensores pares esse: nec me hercule immerito nã καθάπερ ϖῦρ χωρὶς ὑγρότητος ἄτροφόν ἐστι καὶ ξηρὸν, οὕτω ὕδωρ ἄνευ θερμότητος ἄγονον καὶ ἀργὸν. sunt tñ q̃ aquã ceteris esse elementis iccirco p̃ferẽdã cẽseãt: q̃ ex ea reliqua gignant̃ ex tenuissima eius parte aer: & ignis excrassiore tellus.

Homerus litterarũ princeps maximũ in esse aquæ alimẽtũ nouit cum αἰγείρων ὑδατοτρεφέων ἄλσος. dicit: hoc est populo℞ ab aquis nutritarũ lucum: Candorẽ p̃terea ĩ aq̃s laudat cum ait κρῆναι πίσυρες ῥέον ὕδατι λευκῷ sed tenuitatem in aquis plurimi faciendam tunc euidentissime ostendit cum Titaresium Flu. ἱμερτὸν hoc est optabilẽ propterea Dixisse uidetur: quod ea leuitate super peneo flu. feratur: ut ne ipsi quidem misceatur: nouit & tepidam aquam uulneribus conferre cum Eurypylum ea curat: feruẽtem quoq; ad sedandos dolores facer̃ nõ ignorauit: frigidissimi etiam fontis meminit Homerus quem ait æstiuo tempore grandini ac niui similem fluere.

Præfatio Stephani Nigri in Titum Liuium.

IN maximo semper cultu maximaq; omnium ueneratione poeta℞ nomen extitisse legimus candidissimi auditores: quorum poemata non modo in manibus τῶν σπουδαίων. quottidie habentur: uerum etiam memoriæ thesauro assidue cõmendantur: nec mehercule iniuria: cum præsertim princeps ingenij & doctrinæ Plato ipsos poetas nunc deo℞ filios: nunc prophetas nuncupare haud quaq̃ dubitauerit. Primoq; de situ orbis libro scriptum reliquerit Strabo: ue-

teres τὴν πρώτην ποιητικὴν quandā esse philosophiā perhibuisse:quippe quæ a teneris nos unguiculis ad uiuendi rationes perducat:mores atq; affectus edoceat:quæq; gerēda declinandaue sint:quadam cātus suauitate præcipiat. Inter quos omnium eruditorū testimonio principatum suo iure perpetuo obtinuisse diuinus dicitur Homerus. Qui egregiū illud opus:quo prudētissimi ac sapientissimi ulyssis eximias uirtutes posteritati cōmendauit ita exorsus est. ἄνδρα μοι ἔννεπε μοῦσα πολύτροπον, ὃς μάλα πολλὰ πλάγχθη ἐπεὶ Τροίης ἱερὸν πτολίεθρον ἔπερσε πολλῶν δ' ἀνθρώπων ἴδεν ἄστεα καὶ νόον ἔγνω. qbus utiq; uerbis oīum præstātissimus poeta posteris id de industria innuisse uī: neminē.s.ciuilis prudētiæ satis unq̄ peritum fore atq; eruditum quin & multorū hominum mores atq; īstituta cognouerit:& quāplurimas quandoq; optimasq; perlustrauerit ciuitates. Nam ut incertis continue uagari sedibus:quod ἀνέστιοι. peregreq; uiuentes facere consueuerunt:infelicissimum ac miserrimū habetur:ita perpetuo οἰκουρεῖν. nec patrios unq̄ transgredi fines turpissimum atq; ignauissimum ab omnibus iudicatur. Iis præcipue uiris:qui ne sibi solis nati uideantur. Reip. administrandæ curam suscipere: eiq; optime pro uirili parte cōsulere: ac prospicere debent. Quod enim prouerbij uice uulgo iactatū οἴκοι μένειν δεῖ τὸν καλῶς εὐδαίμονα. i. domi manendum est cūcta cui sint ꝓspera. Priuatis demū & a Rep. administranda ꝓcul degētibus dictum uideri potest: Qui publica negocia & ad communem totius ciuitatis utilitatem spectantia penitus negligant: atq; contemnant: suisq; ipsorum commodis tantum studeant. Nam qui fieri potest ut quispiam optima ac saluberrima suæ prospiciat patriæ: pessimaq; ac pestifera ab eadem propellat: atq; āmoueat:

cum &

cum & nihil omnino præter solum patrium cognouerit: & omni deniq; Rerum usu atq; experientia careat: quin imo perinde est huiusmodi uiri cõsiliis Reip. salutẽ cõmittere: ac si homini nauticæ rei penitus ignaro nauis undiq; ꝑcellis in altissimo mari agitatæ gubernacula crederes. Quod cum Spartanus ille Lycurgus: q Lacedæmoniorũ Remp. temperauit: nõ ignoraret: ommissa: ut Aristoteles libro politicon secũdo refert: Charilli regis tutela peregre ꝑfectus est: diuq; apud Cretenses utpote Lacedæmonioꝝ colonos cõmoratus ea ad Remp. recte administrandã percepit: quę suis tradita ciuibus ĩ causa fuere: ut Lacedæmonii unis nec unq̃ mutatis legibus diutissime uixerit. Hippodamus Milesius: qui ut idem Aristoteles author est: omnium primus ciuitatum διαίρεσιν. hoc est diuisionem excogitauit: multas prius adiuit urbes: multarum gentiũ mores institutaq; ꝑspexit: q̃ περὶ τῆς πολιτείας qcq̃ scriberẽ aggressus sit. quid de Solone Atheniensi: Zeleuco locro: Charunda catanæo: Pilolao Corinthio: multisq; præterea aliis legum latoribus dicemus? Non ne omnes q̃ plurimas ante perlustrasse ciuitates: multaq; passos incõmoda: maximos subiisse labores credendum est: quã ciuibus tum suis: tũ alienis ut legibus a se institutis obsequerentur: ualuerint persuadere: Minos ille Cretensis: qui omnium primus legum seriem cõposuit: ut homines illis facilius ac libentius obtemperarent: earũ inuentionem ad iouem retulit: ut Lycurgus apud Lacedæmonios in Apollinem: Minas apud Aegyptios ad Mercurium: Zamolsis apđ Getas ad uestam: Moses apud iudæos ad Biaum deum: Numa Pom. apud Ro. ad Egeriã. Quare ut ĩ Reip. administratione quispiam cũ multifariã peritiã: tum uel maxime authoritatẽ consequatur: multi sunt prius

labores ſuſtinendi:multæ ciuitates adeundæ:multarũ gen-
tium πολιτεῖαι perſpiciendæ. Per multũ enim intereſt eius
præſertim uiri:qui ĩ Reip.negocijs uerſaturus ſit: quiq; &
ſibi & patriæ ſit optime cõſulturus.quid in quaq; Rep. uel
recte uel perperam inſtitutum fuerit non ignorare. Tunc
enim quid ſuæ ſit patriæ ſuadendum: quid contra diſuadẽ
dum q̃ pulcherrime tenet. Cæterum cum Mediolanenſis
Reſp.optimis ac ſaluberrimis innitatur legibus atq; inſti-
tutis id unum tantum reliquum eſſe uidetur:ut adoleſcen-
tes ingenui ꝑpetuæ gloriæ cupidi eos demũ ſtudeant emu-
lari:ꝗ in rebus agendis adeo ſe præclare ac prudenter geſſe
runt. ut & maximã ſibi poſteriſq; ſuis laudẽ cõparauerint:
& ſuæ ipſoꝝ Reip.ſalutem ac felicitatem præſtiterint. Qđ
ut facilius uobis tutiuſq; facere liceret: Liuianum opus no-
bis ꝓpoſuimus interprætandum. Cognitio enim ut ſiculus
tradit Diodorus ex alioꝝ tum ſecũdis tum aduerſis rebus
percepta doctrinã habet oĩum periculorũ expertem. Pul-
chrũ eſt præterea ex aliorũ erratis in melius inſtituere uitã
noſtrã: & nõ quid alij egerint quærere:ſed ꝗd optime actũ
ſit:nobis ꝓponere ad imitandũ. Hinc eſt quod Δημώνακτος
ait ἐν ἀλλοτρίοις παραδείγμασι παίδευε σαυτὸν, καὶ ἀπαθὴς τῶν
κακῶν ἔσῃ & Tibullus: felix quicunq; dolore alterius diſces
poſſe carere tuo. Optima eſt præterea & ſaluberrima illa
Græcoꝝ ſententia βλέπων πεπαιδευμεῖς τὰ τῶν ἄλλων κακά.
ideſt aliena ſpectans doctus euaſi mala Plautus. feliciter ſa
pit qui alieno periculo ſapit. Quod ſi liuianæ lectioni aſſi-
duam operam dederitis:non dubito mehercule fore: quin
optime ac pulcherrime uitam ueſtram inſtituatis: eaq; ex
ipſa hiſtoria percipiatis:quę haud ſecus uobis ac Reip.ue-
ſtrę quã plurimũ ſint profutura. Nã. T. Liuius eã ſcribẽdę

historiæ materiã delegit:quę & maxime inter cæteras excel lat:& legentibus utriusq; fortunæ exẽplis mirũ in modum cõferat. Tãtam pręterea ut oppidoq; luculentã cõscriberet historiã assiduo labore:lõgaq; exercitatione dicẽdi facultatem:atq; inde famã cõsecutus ẽ:ut Gaditanus qdã. T. Liuij noĩe gloriaq; cõmotus ad uisẽdũ eũ ab ultimo terrar# orbe uenerit:statimq; ut uiderat:discesserit:eo.n.labitur ꝑpetuo eloquẽtię flumine:tãto ubiq; utit̃ uerbor# põdere:ac sñiar# grauitate:ut eximiũ illud Ro.nominis decus orõnis maiestate ad æquasse uideat̃.& qđ Alexãder ille magnus de fortissimo Achille ac facundissimo Homero dixisse ꝑhibet̃:in principẽ terrar# Po.Ro. eloq̃ntissimũq; Liuiũ merito trãsferri possit. o fortũatissime popule Ro.q̃ rerũ a te gestar# ꝑconẽ historicor# ꝑstãtissimũ.T.Liuiũ habueris:cuius mirã in narrando iucũditatẽ:clarissimũq; candorẽ: & supra q̃ dici põt:in cõtionibus eloquentiã cũ rebus tũ ꝑsonis accõmodatã qs unq̃ satis dignis ꝓsequi laudibus posset. Nã ad eius ĩ dicẽdo multiplices uirtutes ꝓ meritis ac dignitate laudãdas diuina ꝓculdubio opus eẽt orõne. Quare ne sterilẽ oĩno atq; inanẽ sũpsisse operã uidear:eosq; dicar emulatus: q̃ πλίνθον πλύνειν.i.laterem lauare:& αἰγιαλὸν ἀρῶν.i.littus arare conant̃ a liuianæ facũdiæ laudatiõe ad historię ipsius interꝑtationẽ me totũ cõuertã.si tñ prius qd historia sit: & qd historico maxime cõueniat ĩ mediũ ꝓtulero. Naturalis historia ẽ(ut Plato refert)causas ĩtelligere ꝑ quas singula quęq; fiãt:atq; ĩtereãt:& qua sint rõne. Duplex ẽ ꝑterea genus historiæ priuatũ ac publicũ. Publicũ ẽ:qđ tẽporũ cõtinet uarietatẽ:ut Liuianũ opus exẽplo ẽ. Priuatum qđ nulla tẽpor# uarietate titulo tantũ gaudet:ut Iugurta & Catilina. Quidã duplicem etiã modum posuere ĩtersectitiũ: quale ẽ

illud Suetonij : Continuum quale eſt illud Plutarchi per ſingula uirorum geſta: item Apiani: qui Libycū: Parthicū: Mithridaticum: bellaq; ciuilia compoſuit. Eſt aūt hiſtoria: ut Ciceronis uerbis utar: temporū teſtis: lux ueritatis : uita memoriæ : magiſtra uitæ : nuncia uetuſtatis : definiturq; a Quintiliano geſtæ rei expoſitio: cum fabula atq; argumentum: quæ & ipſæ narrationum ſunt ſpecies: longe ſecus definiātur. Nam fabula nō a ueritate modo: ſed & a ueritatis forma remota eſt: quaꝝ alia Sybaritica: alia Cypria: alia Ciliſſa: alia æſopica ab inuētoribus accepto nomine appellatur. Argumentum falſum eſt: Sed ueriſimile: quo comedię utuntur. Annales præterea: ita ab hiſtoria ſeparāt: ut annales tunc dicantur : cum res geſtæ pluriū annorū obſeruato cuiuſq; anni ordine componuntur: ſicut Ephemeris : quod Diarium latine dicitur: cum nō per annos: ſed ꝑ dies ſingulos res geſtæ perſcribuntur. Hiſtoria uero propria ſit: earū rerū narratio: quibus is interfuit: qui eas narrat: licet generali hiſtoriæ uocabulo tam annales: q̃ diarium cōpræhendantur. Dicta eſt autē hiſtoria παρὰ τὸ ἱστορεῖν. qđ ut Gręci ſcribunt grāmatici ſignificat τὸ πολὺν τὸν πόνον διέρχομαι, καὶ τὸ παλαιὰ πράγματα ἀφιστοῦμαι, καὶ τὸ ἐρωτῶ. quod poeticum ē: ut apud ſophoclem ἱστόρει τί σοι φίλον quę quidē oīa ad eum maxime ſpectant: qui ſit hiſtoriam q̃ diligētiſſime compoſiturus. Hiſtoricum poema : ut Euſtathius inquit conſtat ἐκ τοπικοῦ, χρονικοῦ, πραγματικοῦ, καὶ γενεαλογικοῦ. Tritones cum Buccine faſtigio ſaturni ædis ſuperponebātur inquit Macrobius : Quoniam ab eius cōmemoratiōe ad noſtram ætatē hiſtoria elata & quaſi uocalis facta ſit : cū ante muta & obſcura & incognita fuerit: quod teſtantur caudæ Tritonum humi merſæ & abſconditæ. Cadmus Mileſius: ut na-

turalis hiſtoriæ.lib.v. refert Plinius:omniū primus ꝓſaicā orationē condere inſtituit. Hecatæus & ipſe Mileſius Egeſandri filius:q circa tēpora Darei poſt Cambyſen imperantis floruit:primus hiſtoriā:ut ſuidas ſcribit: pedeſtri edidit oratiōe:ut Pherecydes συνέγραψεν: nulla tñ adhibita uerborum ac ſententiarum exornatione. Nam ut apud nos Cato: Piſo: Fabius pictor ſine ullis ornamentis monimēta ſolum tempoꝝ:hominū:locoꝝ:geſtarumq; rerum reliquerūt: ſic apud Græcos Pherecydes:Hellanicus:Aceſilas: quibus rebus exornari poſſet oratio penitus ignorarūt. Ad grādiorē dicendi characterē ſe euexit Celius Antipater: nec tñ hiſtoriam locorum uarietate diſtinxit:nec uerboꝝ collocatione: tractuq; orationis leni atq; æquabili perpoliuit:licet uicerit ſupiores. Herodotus hoc ſcribēdi genus primus q̄ pulcherrime:ac ſuauiſſime exornauit. Hunc ſecutus eſt Thucydides:qui cæteros oēs dicēdi artificio facile ſuperauit: qui ita eſt uerbis aptus & preſſus:ut neſcias utrum res oratiōe:an uerba ſententijs illuſtrentur. Hūc Philiſtus Syracuſanus imitatus eſt:qui apud Dionyſium Tyrānū ociū ſuū in ſcribenda:hiſtoria cōſumpſit. Poſtea Theopōpus & Ephorus præceptoris impulſu ſe ad hiſtoriā cōtulerūt. Deniq; ſocraticus ille Xenophon hiſtoriā ad exemplū magis q̄ ad ueritatem cōplexus eſt. Calliſthenes quoq; Ariſtotelis & diſcipulus & affinis Alexādri comes hiſtoriam cōſcripſit: & hic qdē rhetorico pene more. Xenophon uero leuiore quodā ſono uſus eſt. Hoꝝ oīum natu minimus Timæus & reꝝ copia:& ſniarū uarietate abūdātiſſimus:& ipſa uerboꝝ cōpoſitiōe ꝑ q̄ politus Thebanorū geſta eruditiſſime poſteritati tradidit. Romanorū geſta:ut Alicarnaſſeus Dionyſius author eſt:Portius Cato:Fabius Maximus. Valerius Antias.

Licinius:Hieronymus Cardianus:Antigonus:Silenus:Po
lybius:Macerelij:Gelij:Calpurnij:multiq; pterea alij lrarũ
monimentis prosecuti sunt : sed nemo dubitat Liuium : ac
Salustium cæteris præferendos : quorũ alterꝝ Thucydidi:
alterũ Herodoto:qui in dicendo fuere mirabiles:cõponere
Quintilianus haud quaq̄ dubitauit:quorꝝ ĩ diuersa dicẽdi
uia uter sit prestãtior ĩter plurimos quæritur:nemini tñ est
dubiũ : quin immortalẽ illã Salustij uelocitatẽ diuersis uir
tutibus sit Liuius cõsecutus . Q uare seruilius ille Nouia-
nus ñ iniuria dixisse uideri p̄t pares eos eẽ magis q̄ similes.
❡ Historicus appellat̃ :ut Plutarchus refert : qui gesta nar
rat . Omnis autem narrationis argumenta sunt πρόσωπον,
αἰτία, τὸ πος χρόνος. ὄργανον πρᾶξις, πάθος, τρόπος.
❡ In sũmo autẽ historico hæc duo in primis esse oportet:
σύνεσιν τε πολιτικὴν, καὶ δύναμιν ἑρμηνευτικὴν. hoc ẽ pruden
tiam ciuilem:uimq; ut ita dicã interpretatiuã:quorũ alterꝝ
quidẽ natura insitũ sit:necesse est:alterũ uero multa exerci
tatione:assiduo labore: ueterumq; æmulatione comparat̃.
Sit præterea historicus intrepidus:incorruptus:liber in di-
cẽdo ac uerus:nõ amicitiæ non odij causa falsa p ueris cõ-
fingens:Q uæ utiq; omnia in. T. Liuio adeo exacte fuerũt:
ut eorꝝ nihil penitus desideret̃. Cæterꝝ cũ nõ nulli sint: qui
licet has quidẽ fere oẽs historicas uirtutes cõplexi fuerint:
ĩ multos tñ errores a pfecto historico q̄ remotissimos inci-
derũt:age eorꝝ aliquos enumeremus:ut an ĩ eos Liuius hic
noster imprudẽter inciderit:dignoscamus. Errãt historici:
qui a deorꝝ inuocatione exordiunt̃ :qui diutius ĩ locorꝝ de-
scriptiõe immorant̃ :qui proemijs lõge ꝑlixioribus:q̄ ipsius
historiæ corpus exigat:utunt̃ :qui cũ mitioribus ac notiori
bus uti uerbis liceat: asperitatẽ in nominibus difficultatẽq;

ſequunť:qđ quidē præter modũ a Plutarcho feciſſe dicit Herodotus:qui uſq; adeo ĩ ſcribēda hiſtoria τὴν κακοήθειαν. ideſt malignitatē ſectatus eſt:ut cũ pducēdæ hiſtoriæ:tum alicuius infelicitatē notādi cauſa citra ppoſitũ quoq; multa q̃ ſæpiſſime hiſtoriæ inſeruerit. Quo factũ eſt:ut maledicētia oblectatus a nō nullis credať:quid cũ laudibus addit crimina ac uituperatiōes mortaliũ hinc inde colligēs calamitates:nō ne in tragicā incidit κακίαν. hoc eſt execrationē. τὸ γὰρ ἄπροθύμως ἐπαινεῖν, τὸ ψέγοντα χαίρειν οὐκ ἐπιεικέστερον, ἀλλὰ πρὸς τὸ μὴ ἐπιεικέστερον· ἴσως καὶ χεῖρον & ut Pauorinus Philo. dicere cōſueuerat. Turpius eſt exigue atq; frigide laudari:quã inſectanter & grauiter uituperari. Duobus igiť pluribuſue de eadē re oblatis ſermonibus deteriori plerũq; adhæret:qđ ſophiſtis tantũ lucri nō nunq̃:gloriæ ĩterdũ cauſa pmittiť:ut.ſ. đteriorē λόγον exornēt. At hiſtoricus cui nihil mētiri pmittiť:quæcũq; uera eſſe cognouerit: ea demũ lr̃arũ monimētis mādare debet. De iis uero quæ ſibi haud quaq̃ certa compertaq; ſunt:meliora multo uerius:q̃ deteriora dici uidenť:Sunt cōtra qui laudes nō nullas uituperiis:cōuiciiſq; adiiciãt:ut ĩ Socratē Ariſtoxenus:qui cum ἀπαίδευτον, ἀμαθῆ καὶ ἀκόλαστον. hoc eſt in doctũ ac minime modeſtũ eũ dixiſſet:intulit ἀδικία δὲ οὐ προσῆν .i. iniqtas aũt non inerat. Nō nunq̃ etiam hiſtorica narratio malignitatis crimen incurrere nō iniuria uideť:cũ facta ipſa lōge alio:q̃ geſta ſint:modo pcurrit. ut ſi Philippũ Macedoniæ regem multo plura pecuniæ ui:q̃ uirtute ac rei militaris peritia feciſſe quiſpiã ſcripſerit:& eius filius Alexander tot ciuitates gēteſq; ac natiōes p q̃ facile nullo q̃ labore ſubegiſſe dicať. Et dux Atheniēſium Timotheus nulla prudētia nulloq; cōſilio:ſed fortunæ tantũ adminiculo tot uictorias aſſecutus:

tot urbes domuisse narret: cuius eximiæ glorię ut plurimũ detraherent inimici: rette quoddã illo dormiẽte subeuntes pingebant ciuitates. Quę quidẽ oĩa rer̃ gestar̃ magnitudinem: sublimitatem καὶ τὸ κάλλος .i. pulchritudinẽ uehementer iminuũt: cũ de negocijs laborẽ: de piculis fortitudinẽ: de agẽdis rebus industriã: de cõficiẽdis celeritatẽ: de ꝓuidẽdis cõsiliũ subtrahũt: cũctaq; furtunæ temeritati adscribũt. Nõ nulli ẽt ex historicis inuidiã quãdã malignitatẽq; præseferre uidentᷣ: cum alicuius egregij facinoris falsam & ab actoris mẽte atq; aĩo q̃ maxime alienã causam reddunt. Vt qui Catonẽ: sibi ꝓpterea manũ cõsciuisse ferũt: ne ĩ Cæsaris potestatẽ ueniret: atq; ab eo supplicio afficeretur. Maximo præterea tunc historici ducuntᷣ errore: cũ omissa rer̃ gestarũ narratione in laudandis impatoribus ac militibus tẽpus cõterũt. Suos quidẽ supra q̃ cuiquã credibile sit: laudibus extollẽtes: hostes uero pręter modũ deprimẽtes. Quod solis poetis utpote numine afflatis phœbeo pmissum ẽ. Quę quidẽ historicor̃ uitia: atq; errores q̃ caute ac diligenter Liuius hic noster declinauerit ijs: oĩbus oppidoq̃ facile datur intelligi: qui totũ eius opus accurate plegunt. Cũ autẽ tres sint dicẽdi characteres ὑψιλὸς· ἰσχνὸς· καὶ μέσος. hoc est sublimis: tenuis: & medius. Sublimẽ utpote suo sibi ingenio ac tantorũ bellorũ materiæ maxime accõmodatũ sectatus est. Multa sunt pręterea: quæ de ipsius historiæ deq; historicorũ uirtutibus atq; erroribus dici ĩ p̃sentia possent. Cæter̃ ne hic uos diutius detineã: huic meæ orõni finem imponã. Si tamẽ prius etiã inclyto duci nr̃o: q̃ honestissimum hũc locum nobis designauerit: & uobis: q̃ summa attentione me dicẽtẽ audiueritis gratias egero ĩmortales: quor̃ alteri quidẽ de laudibus ipsius cõposita: atq; in lucẽ edita orõne:

alteris uero hoc est uobis assiduo labore: multisq; uigiliis modo nostra opera uti non dedignemini: satis pro uiribus facere conabimur. Nam siue græce tantum quispiam: siue latine: seu ĩ utraq; litteratura uoluerit erudiri dabimus eqdem operam: ut breui aut in alterutra: aut in utraq; plurimum proficiat. Cum deinceps utriusq; linguæ probatissimos ac præstãtissimos simus authores publicę ĩterp̃taturi.

¶ Thrasimachus Chalcidẽsis & Leontinus Gorgias oĩum primi orationem numeris adstrinxere. Cõtẽtiones celerius currere: narrationes tardius ferri debent: tarditatẽ orationi atq; grauitatem spondeus ĩ primis affert: celeritatẽ peon: q̃ tribus breuibus & longa uel in principio uel in fine posita constat. Dactylus utriq; generi ẽ accõmodatus. Iambus & anapestus demisso atq; humili sermoni aptissimi sunt: propterea q; ipsis comici maxime utuntur. Principia a longis ut plurimum syllabis facienda sunt. cauendum est tamẽ ne exametri uersus principium initio dicendi aut scribẽdi faciamus: quale dicitur reliquisse Liuius: Facturus ne operæ præcium sim: quod qui emendare uoluerunt facturus ne sim postea scripserũt: sicut etiam finis exametri aut pentametri in clausula uitiosus est. In quem Asinius & brutus incidere: ut Catoni placuit: & diuus Hieronymus: qui in trãslatione geneseos ait. Da mihi animas cętera tolle tibi.

FINIS.

¶ Impressum Mediolani per Io. de Castelliono Anno Dñi. M. D. XXI. Mensis Augusti.

le ff. n 4.160 [illegible] (1 [illegible] pour entre [illegible] 43 a 44) - 97 [illegible] (1 [illegible] entre les ff. 53-54 [illegible] 69)

[illegible]

++

Cat. L 31

5 [illegible] lithographies [illegible]

EDITION ORIGINALE & unique de ce fort rare poème (inconnu à Vicaire et à Simon) de [illegible] chez les [illegible], avec une [illegible] au VIN.

S.N. humaniste italien, [illegible] de Jean [illegible],

RARISSIME EXEMPLAIRE complété de 5 [illegible], au lieu de [illegible] [illegible] des exemplaires connus, voir [illegible] II, 4934, et avec 5 [illegible] au lieu de 4 ; voir [illegible]